THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

168

Persa Chaldæ
I. V. in ligna
æstimatio
Auctor Pa
offert

SYRI ORIENTALES, SEU CHALDAEI,

NESTORIANI

ET

ROMANORUM PONTIFICUM

PRIMATUS

Commentatio Historico-philologico-theologica
adjectis textibus citationum genuina lingua propriisque
litteris exaratis

ACCEDUNT APPENDICES DUAE,

quarum altera de citatorum Auctorum et Documentorum notitia;
altera de ipsorum Chaldaeorum Christianorum denominatione, lingua,
primis Apostolis, extensione et statu, tribus potissimum prioribus seculis,
Documentis, magna parte, nunc primum evulgatis

Auctore

GEORGIO EBEDJESU KHAYYATH

ASSYRIO-CHALDAEO

ARCHIEPISCOPO AMADIENSI

ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
SOCIO EQ. PETRO MARIETTI ADMIN.

MDCCCLXX.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

JUL 12 1943

12349

ܐܢܬܬ ܟܐܦܐ ܘܥܠ ܗܕܐ ܟܐܦܐ ܐܒܢܐ ܠܥܕܬܝ. (ܡܬܝ).

Tu es PETRA et super hanc PETRAM aedificabo Ecclesiam meam *(Matth. XVI. 18.)*

ܐܬܝܕܥ ܕܢܗܘܐ ܒܫܡܝܐ ܡܫܝܚܐ ܟܐܦܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܢܝܢ ܩܐܡ ܠܗ ܠܡܫܠܚܢܘܬܗ ܥܠ ܐܪܥܐ ܕܩܪܐ ܠܗ ܟܐܦܐ ܕܒܢܝܢܐ. (ܐܠܝܐ ܡܪܒܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ).

Futurus erat ut absconderetur in coelo Christus Petra veritatis; ideo constituit Vicarium suum in terra, quem appellavit Petram aedificii. *(Elias Anbarae Episc.)*

ܟܐܦܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܡܫܬܠܐ ܠܐܡܗ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܘܠܪܫܗ ܕܒܕܟܐ ܡܬܠ ܕܥܝܢܝ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. (ܢܪܣܝ).

Princeps Discipulorum sortitus est Matrem Civitatum; et ceu Capiti infixit illi oculos Fidei. *(Narses).*

INDEX

PROLOGUS . . . . . pag. I

CAPUT I. *Nestorianorum testimonio adstruitur B. Petri in totam Ecclesiam Primatus* . . . . . » 1

CAPUT II. *Eorumdem Nestorianorum testimonio adstruitur Rom. Episc. in Sedem Apost. Romanam B. Petri successio, ac ejusdem plenae potestatis in universam Christi Ecclesiam possessio* . . . . . » 21

§. I. *Argumentationes et illationes ex capite praecedenti* . . . . . » ib.

§. II. *Testimonium Ignatii Episc. Antioch. hieromartyris Apostolici* . . . . . » 24

§. III. *Testimonia ex Officio Magno Dominicali Chaldaeorum* . . . . . » 33

§. IV. *Testimonium Timothei I. Patriarchae Nestoriani* » 36

§. V. *Testimonium Narsetis Doctoris Nestoriani* . . » 41

§. VI. *Testimonium Eliae Metropolitae Damasci Nestoriani* . . . . . » 43

§. VII. *Testimonium Abdullahi Abulfaragii Benattibi Bagdabensis Nestoriani* . . . . . » 48

§. VIII. *Testimonium Ebedjesu Sobensis, et Codicis Juris Nestorianorum* . . . . . » 53

§. IX. *Testimonium Jabalahae III. Patriarchae Nestorianorum* . . . . . » 60

§. X. *Testimonium Epistolae Arae Vicarii Orientis et Nestorianorum Patriarchae* . . . . . » 61

§. XI. *Testimonium Epistolae Coetus Maussulani Nestorianorum* . . . . . pag. 62
§. XII. *Testimonium Eliae Patriarchae, et Adami Archimandritae Nestorianorum* . . . . . » 63
§. XIII. *Testimonium Simeonis in Persidis finibus Nestorianorum Patriarchae* . . . . . » 66
§. XIV. *Testimonium Simeonis alius Nestorianorum Patriarchae* . . . . . » 67
§. XV. *Testimonium Eliae Chaldaeorum Nestorianorum Patriarchae* . . . . . » ib.
Caput III. *De sententia Nestorianorum circa Inerrantiam Romani Pontificis, ut Ecclesiae universalis Doctoris, Magisterii, ex ipsorum monumentis deprompta* . . . . . » 72
Animadversiones praeliminares . . . . . » ib.
§. I. *Primum Argumentum* indirectum *ex oraculis Evangelicis B. Petri Infallibilitatem comprobantibus ad ejusdem successores applicandis* generatim, *ex Nestorianorum sententia* . . . . . » 73
§. II. *Secundum Argumentum* indirectum *ex iis, quae in Officio Divino de B. Petro praedicantur penes Nestorianos* . . . . . » 78
§. III. *Tertium Argumentum* indirectum *ex Anbarensi Episcopo Nestoriano* . . . . . » 80
§. IV. *Quartum Argumentum* indirectum *ex Benattibo Presbytero ac Doctore Nestoriano* . . . . . » ib.
§. V. *Quintum et sextum argumentum* indirectum *ex Epitome Canonum Synodalium Ebedjesu Sobensi seu Codice Juris Nestorianorum* . . . . . » 82
§. VI. *Septimum argumentum* directum *ex Narsete Doctore Nestoriano* . . . . . » 89
§. VII. *Octavum argumentum* directum *ex « Hudra » Officio Magno Divino, et « Gazza » Sanctorum, penes Nestorianos* . . . . . » 90
§. VIII. *Nonum argumentum* directum *rursus ex Hudra seu Officio Magno divino Nestorianorum* . . . » 92
§. IX. *Decimum argumentum* directum *ex Epistola Arae Vicarii Orientis et Patriarchae Nestorianorum* . » 94
§. X. *Undecimum argumentum* directum *ex Actis Coetus Mossulani Nestorianorum* . . . . . » 95

§. XI. *Duodecimum argumentum* directum *ex Scriptis Eliae Patriarchae ceterorumque simul Nestorianorum ad Paullum V. Pont. Max.* . . . . . pag. 95
§. XII. *Decimum tertium argumentum ex Epistola Eliae Patriarchae Nestorianorum* . . . . . » ib.
Appendices . . . . . » 103
Appendix I. *Continet brevem notitiam Auctorum et documentorum in opere citatorum, ordine alphabetico* . . . . . » 105
Appendix II. *Continet Ecclesiae Syrorum Orientalium h. e. Chaldaeorum Geneseos, denominationis, linguae et primordiorum concisam expositionem* . » 139
Caput I. *De origine et ratione nominis Syrorum Orientalium seu Chaldaeorum deque eorumdem lingua.* » ib.
§. I. *De nomine Chaldaeorum in genere* . . . . » ib.
§. II. *De eodem argumento in specie* . . . . . » 142
§. III. *De Chaldaeorum linguae praerogativis et antiquitate* . . . . . » 144
Caput II. *Chaldaeorum Ecclesiae ambitus et Confinia* » 147
Caput III. *Prospectus historicus Provinciae patriarchalis, tum subjectorum Metropolitarum Ecclesiae Chaldaeorum* . . . . . » 148
Caput IV. *Quibus Apostolis Chaldaeorum Ecclesia Christi fide imbuta ac instituta* . . . . . » 157
Caput V. *Ecclesiae Chaldaeorum status post acceptam Christianam Religionem usque ad tertium saeculum inclusive* . . . . . » 166
§. I. *De saeculo I.* . . . . . » ib.
§. II. *De saeculo II.* . . . . . » 168
Appendicula de Nestorianismi origine et progressu in Oriente h. e. penes Chaldaeos . . . . » 171
§. I. Caussae et modus hujus originis . . . . » ib.
§. II. Nestorianismi pregressiones in Syria, Mesopotamia, Chaldaea et Perside . . . . . » 172
§. III. Ejusdem haereseos initia et incrementa in India, et Tartaria . . . . . » 174
§. III. *De saeculo Christi tertio* . . . . . » 180
Conclusio . . . . . » 193
Index alphabeticus . . . . . » 196

BQT
365
.K4

PROLOGUS

Iamdudum mihi in animo posueram, et studia mea, in otii horis, quas, inter occupationes sacri ministerii, captare poteram, eo quandoque direxeram, ut collectis ex nostris Nestorianis testimoniis ac documentis, demonstrarem: Fidem Catholicam Apostolicam et Romanam apud eosdem exstitisse semper, ac fere hodie exsistere, unam eandemque, uno dempto addititio illo de Dominica Incarnatione nestoriano Dogmate. Quae autem haeresis quando, quanam ratione, et quibusnam mediis apud Syro-Orientales hosce christianos irrepserit, eorundemque, quam sanam et integram a suis Apostolis, inde a primordiis Ecclesiae, susceperant, fidem maculaverit, quinto scilicet in sextum vertente saeculo, historia clare docet (1). Quisq ue vero cernit, ex concordantia nestorianorum in Catholica sententia cum ipsa Catholica et Romana Ecclesia, una excepta haeresi in Concilio 3° oecumenico damnata, luculentum ac inexpugnabile exsurgere argumentum ad robur, extrinsece licet, addendum veritati ac antiquitati eiusdem Catholicae Fidei, etsi illa iam septuagies septies sit probata ac iustificata.

(1) De hac re habebitur sermo in fine in App. II.

Profecto maiori ac nova confusione cooperientur saeculi XVI novatorum asseclae, qui, post Lutherum, Magdeburgenses aliosque, Romanam, ac proinde totam Catholicam Ecclesiam recentioris imposturae, ac innovationis incusare ausi sunt, circa plura doctrinae capita, quum ipsi, e contra, veri nominis Novatores atque mendaces et sint, et ab illis uti tales manifeste ac solemniter convincantur ac damnentur, quibus eadem Dogmata sunt antiqua, et qui, licet a quinto Christi saeculo ad hunc usque diem ab Ecclesia Romana et Catholica excisi, Religionis tamen et Hierarchiae formam custodientes, non destiterunt exsistere. Et re quidem vera, quum ab ipsa nestorianismi origine, ac deinceps, numquam non conspiciatur eorum eadem in credendis cum Ecclesia Romana conformitas, obvium unicuique est concludere: non aliam posse huiusmodi conformitati assignari caussam, nisi haeresi atque schismate antiquiorem fidem ac traditionem: Item, et pro tempore quod nestorianismum praecedit, nullam istiusmodi traditionibus acc redendi rationi dari posse originem, praeter unam, quae ubique eadem exstitit, scilicet Apostolicam. Heic enim applicatur Praescriptionis regula, quam Tertullianus, Lirinensis aliique adversus haereticos omnes tam secure ac tam invicte urgebant.

Interim duo hic adnotasse iuvabit: Primum: non sine speciali Divinae Providentiae dispositione factum videri, quod Sectarum omnium, quae sub Caelo supersunt, antiquissima, nestoriana nempe, in formali ac integro ferme hierarchico suo statu, semiviva licet, adhuc subsistat, vetustissimis patrum suorum circumdata documentis, tenaxque adhaerens traditionibus

ac Ritibus. Profecto id, inter alios inscrutabilis iudicii Dei intuitus, ideo certe sic dispositum fuisse videtur, ut continuo ac publice, vivum eloquensque praebeatur Catholicae veritati testimonium. Similis est hac in re Filia Chaldaeorum nobilissimae simul ac nimis miserandae nepti suae Progeniei Abrahae, quae, praeter alios divinae misericordiae fines, ad hoc praecipue vivit, ac in individualitate seu autonomia sua conservatur, ut scilicet sit oraculorum divinorum pro Christo eiusque Ecclesia solemnis ac irrevocabilis testis.

Secundum: minime inficiandum aut dissimulandum, apud nostros Nestorianos, pedetentim, ac per tanti temporis decursum, alios praeter haeresim Nestorii irrepsisse quoque errores, quemadmodum omnibus fere evenit Sectis, posteaquam a vivente Ecclesiae Catholicae corpore ac infallibili Magisterio evulsi iacuerint. Verum huiusmodi nestorianorum in quosdam errores lapsus neutiquam vim argumenti nostri ab ipsis deductum infirmat; immo illud magis corroborat. Sane, testimonium, quod a nestorianis desumimus ex tribus praecipue robur mutuatur suum: scilicet primo: quod versetur circa ea Fidei dogmata quae eadem profitetur Ecclesia Catholica ac Romana, a qua secta Nestorianorum iamdiu separata reperitur. Secundo: quod testimonium istiusmodi ea pollet praescriptionis, uti aiunt, lege ac nota, ob quam nulla possit cogitari rationabilis ac vera origo iis dogmatibus, quae sunt testimonii ipsius obiectum, praeter unam apostolicam traditionem. Tertio denique: quod huiusmodi dogmata numquam atque nuspiam non exstiterint totius, quae late patebat, sectae Nestorianae propria.

Verumtamen non ita se res habet quoad errores aliquos apud eosdem nestorianos, sensim sine sensu, per longum schismatis intervallum, huc illuc, ingressos.

Sunt enim huiusmodi errores et catholicae Ecclesiae doctrinae, et universae antiquitati Christianae oppositi. Sunt insuper novi, novitatis notam praeseferunt, et suos agnoscunt auctores, assertores, tempus et ortum. Praeterea errores, de quibus sermo, non reperiuntur ut plurimum, nisi apud unum aut alterum individuum, in eadem secta plus vel minus auctoritatis habentem. Haec quae asserui, historia et ipsorum nestorianorum monumenta demonstrant.

Stat igitur firmissimum ac inconcussum : illud revera esse et dicendum de Apostolica fide , quod semper, quod apud omnes, quod ubique unum idemque exstitit; quod Romae sicut et Seleuciae et Ctesiphonte, Carthagine sicut et Anbarae ad Euphratem, Lugduni sicut et Nisibi, sic in Hispania ut in Assyria, in sacro fuit custoditum deposito, inde a die, in qua « in Universa Terra exiit evangelizatio eorum (Apostolorum scilicet), et in extremis Orbis terrarum verba ipsorum » (Psal. 19 juxt. vers. Syro-chald.).

Iis, itaque, temporibus, quae tantopere a Protestantibus aliisque extolluntur, una eademque fuit, et perseveravit usque adhuc, Syrorum horum Orientalium, seu Chaldaeorum, ac quae nunc, uti semper, in Ecclesia Romana viget, fides et Doctrina (1).

(1) Hinc intelligitur quanta ratione et quam laudabiliter Romani Pontifices, omni aetate et occasione, de divino suo munere curandi atque tuendi, pro Ecclesia, et pro Mundo, omnis Boni, Veri et Pulchri, tum in Religiosis et in scientiis, tum in Re Publica et Civili, in hoc quoque saepe verterint animum, ut sumptibus et sollicitudine, libros manuscriptos Orientales, cuiusque generis, compararent et cu-

Exstat nempe, praeter alia omnia, apud nestorianos vera doctrina catholica de Peccato originali: De libero arbitrio: De Gratiae Christi necessitate: De novae Legis sacramentorum septenario numero: De vera notione poenitentiae: De loco expiationis pro peccatis in altera vita, h. e. de Purgatorio: De suffragiis faciendis, cum profectu, pro Defunctis: De usu SS. Imaginum: De veneratione SS. Reliquiarum: De Invocatione ac intercessione Sanctorum in Caelo regnantium: De Ieiuniis: De Caeremoniis Ecclesiasticis: De Excellentia SS. Immaculatae Virginis super omnes sanctos: De aeternitate poenarum Gehennae: De veritate Sacrificii incruenti in S. Missa: De Transubstantiatione, ac de reali Christi praesentia in SS. Eucharistiae Sacramento: De Potestate sacerdotii in Ecclesia remittendi peccata: De necessitate confessionis sacramentalis ad remissionem culpae: De Canone SS. Scripturarum: De Excellentia Virginitatis et status Religiosi: et denique, ut alia praetermittam, de

stodirent, eorundemque studia maxime foverent. Peculiariter vero Ipsorum elucet Zelus in inculcanda et curanda Rituum Orientalium veneranda vetustate, et integritate, omnibus quibus possit modis, salva scilicet tantum Fidei et Morum puritate. Quod sane non adhortationibus solum, sed et comminationibus quoque in huiusmodi Decreta Pontificia transgressores non raro factum praedicamus. Hinc merito dolendum et querendum, una cum recte sentientibus, et commodis suis non servientibus omnibus, quod quidam, nonnullis abhinc annis temporis imperitia et obscuritate abusi, per iniuriam, nullo rationabili impulsi motivo, contra veritatem, contra boni sensus iudicium, citra S. A. Sedis consilium; imo neglectis Eiusdem admonitionibus et Decretis, a sancta antiquitate recedentes, sibi licere arbitrati sint mutationes et innovationes inducere in S. nostram Liturgiam atque in libros nostros Divinum cultum continentes. Faxit Deus, ut Summi Rei Christianae Rectoris et Custodis auspiciis et nutibus, huiusmodi infecta nubila et contumeliosae tenebrae e Caelo sanctissimo Ecclesiae nostrae quamprimum profligentur!

Principatu iurisdictionis ac Magisterii in Ecclesiam universam a Christo Domino B. Petro eiusque in Sede Romana successoribus collato.

Quae certe capita omnia et singula, allatis documentis, bene dilucidata ac disposita, in lucem quamprimum edere peroptabile atque mihi apprime in votis est (1). Ast in praesentiarum et tempus et opportunitas et rerum adiuncta iam suadent, ut ceteris ad congruentiorem, si Deo placebit, remissis occasionem, unum ex iis, illudque ultimo loco modo memoratum, caput, paucis evolvam ac publici iuris faciam. Illa scilicet monumenta ac momenta, quae a nestorianis habemus, pro Romani Pontificis in universalem Ecclesiam tum iurisdictionis tum etiam Magisterii suprema potestate. Hoc quippe caput est, et, haud dubio, maximi exsistit ponderis atque necessitudinis, hac maxime nostra aetate, quae plus aequo volens libertati indulgere, omnem quodammodo invidet auctoritatem. Insuper hic inter Religionis Christianae articulos facile habendus est princeps, quippe qui cum illis omnibus naturali ac necessario connectatur vinculo, eosque fere includat. Etenim quum tota Ecclesiae constitutio ac stabilitas in Unitate Fidei ac Regiminis sit sita, utrumque vero absque unius Pastoris Auctoritate suprema nec subsistere nec conser-

(1) Circa hujusmodi Rei Christianae Amicis gratissimo argumentum jam non contemnendam in Scrinio paratam servo materiam; jam Amici ut id absolvam et juris publici faciam exstimulant, jamque nil aliud ad consilium exsequendum desiderari videtur, nisi penitior aliqualis disquisitio et digestio monumentorum, atque operis congruens dispositio, quae, si D. O. M. opitulante, permiserint adjuncta temporis, fortunatissimus ero, ac voti compos, quo valeam quamprimum de Ecclesiae Catholicae triumpho ac de Sacris Studiis, licet perpaullulum, benemereri.

vari queat, pronum est concludere, tanti faciendam Romani Pontificis plenae ac supremae potestatis firmitatem, quanti est ipsiusmet Religionis Christi stabilitas atque conservatio.

Norunt hoc Portarum inferi ministri, qui proinde, quum sint « prudentiores in generatione sua ipsis Lucis Natis » (quamquam illud stulte sibi persuadeant: posse nempe aliquando creaturam quod posuit Creator amovere) eo consueverunt suos omnes conatus dirigere, quo Ecclesiae ipsum hoc fundamentum, supremam videlicet auctoritatem Pastoris unius evellerent, si fieri posset. Optime quippe callent vaferrimi homines tamdiu Inferorum potestates non esse contra ipsam Ecclesiam praevalituras, quamdiu firmum manet eius fundamentum: Petra seu Petrus, qui in successoribus suis semper vivit.

Praeterea hoc qualecumque de Episcopi Romani Primatu specimen, ad nostrates quod attinet, specialem praesefert respectum; simul enim et omnes generatim Sedis Apostolicae inimicos refellit, et ipsos etiam Nestorianos adeo constringit, ut necessario ad alterutrum adigantur: ut scilicet aut libris, ritualibus, canonibus, maioribusque suis valedicant, aut, ne in contradictione cum semetipsis diutius detineantur, Romano Pontifici soli B. Petri in primatu successori debitum velint praestare obsequium ac obedientiam.

Quod postremum ut cito concedat Dei gratia, et iuxta ardentissima vota nostra, faciat, ut hi fratres nostri separati ad Catholicam unitatem quamprimum adducantur, vestris, praestantissimi ac urbanissimi Lectores, ferventibus ad Numen supplicationibus, ap-

prime indigemus; quod vos libenter praestituros, opellamque istam meam, immaturam licet (1), minime dedignaturos, in Vestra confisus humanitate ac charitate, firmiter audeo sperare.

Scribebam Romae die 29 Junii, Festo BB. AA. Petri et Pauli an. 1870.

(1) Fateor equidem immaturum atque moncum hoc meum esse opusculum, pluribus nimirum vitiatum defectibus, quorum alios recognosco et non dissimulo, alios certe latere et furtim elapsos puto. Ne cui tamen videar inconsulte et temere aggressus id, ad quod nonnisi graves appulere me rationes, scilicet: Veritatis obsequium: in S. Ecclesiam Matrem pietas: rem propemodum novam, sacrae scientiae Studiosis offerendi cupido: argumenti opportunitas: et amicorum sollicitatio; ne, inquam, tantis parendo caussis, opellam istam, etsi mancam, minus consulte aggressus videar, rationes adsunt, quae, spero, penes Benevolos me plane excusatum efficiunt: Quod nempe opus, adiunctis, tempestate praesertim heu nimis turbida superveniente, sic imperantibus, plenum exstiterit festinationis: quod Codices manuscriptos, qui erant consulendi, nec omnes heic reperi, neque, qui Vaticanae insunt Bibliothecae, facile adire saepius potuerim: quod, quae in Archiviis Urbis servantur nostratia manu scripta monumenta, ad ea ire praepeditus prorsus sim: quod Domi nullos fere, vel primae necessitatis libros, prae manibus habeam. Quod denique exercitationi atque scriptioni linguae latinae, septemdecim abhinc annis, ad hoc usque tempus, valedixerim, sacro Ministerio, et Literis a latinitate disparibus, nativis aliisque in Oriente vigentibus linguis, totus deditus. Haec si considerentur, confido me benigne indulgentiam consequuturum.

CAPUT I.

NESTORIANORUM TESTIMONIO ADSTRUITUR BEATI PETRI IN TOTAM ECCLESIAM PRIMATUS.

I. S. Ephraem Ecclesiae Pater, ac Doctor, quum a Nestorianis etiam ut talis et inter suos, quos syros vocant, doctores, primus habeatur, ac opera illius in maxima aestimatione apud eosdem sint, merito primo loco heic est citandus. In hymno syriaco (1) de B. Petro (apud J. S. Assem. B. O. t. 2. pag. 95) sic illum alloquitur: «Beatus es Simon Petra, qui tenes claves quas Spiritus confecit! Verbum sane grande ac ineffabile, quod sursum et

(1) *N.B.* Nomen Syrorum commune semper fuit ac est iis qui lingua syriaca utebantur, ac hodie etiam utuntur, praecipue in Rebus Sacris ac in Liturgia; atque qui generatim syri christiani simpliciter dicebantur sive in regione Edessena, sive in interiore Oriente degerent, ante divisiones per Nestorianismum, tum per monophysitismum factas. Exinde discrimen inter syros occidentales seu monophysitas et Jacobitas, et Syros orientales sive Nestorianos: inde etiam illi Syri simpliciter, hi Orientales simpliciter vel Chaldaei dicti. Lingua vero sive eam Syram sive Syro-chaldaicam sive Aramaeam, sive simpliciter chaldaicam appelles, omnibus notum est Eruditis: unam eandemque fere esse, demptis nempe aliqualibus formis ac pronunciandi modis recentioribus, vel nihil substantiam attingentibus. Ideo in isto opusculo promiscue invenies me uti tum *Syriace* tum *Chaldaice* tum *Syro-chaldaice* vocibus, ad unam Aramaeam nostram linguam designandam. Vide quae de hoc argumento rursus in Appendicis II. nota (f).

deorsum ligavit ac solvit! Beatus, qui factus es ceu caput, et sicut lingua Corpori fratrum tuorum» (A).

II. In officio divino, sive Dominicali per anni circulum, sive feriali, pluries recurrit cantus numero vicesimus, ubi de Petro ac Paulo haec habentur: « Beata es Roma celeberrima, Urbs Regalis, Sponsi caelestis Ancilla, in qua quasi in portu positi sunt duo Praecones veritatis, Petrus ille caput Apostolorum super cujus firmitatem aedificavit Servator noster Ecclesiam suam fidelem, et Paulus electus ac Apostolus...» (B. 1.). Qui hymnus repetitur etiam in speciali officio SS. Petri et Pauli, de quo in sequenti numero. Perfrequens autem est in Officio eorum, sicuti et alias passim, appellatio Petri, vel (ipsis trito, ac proprio nomine) SIMONIS KEPAE *Capitis* vel *principis* Apostolorum (B. 2.) (1).

(A) (ܡܢܕܥܡ ܕܫܪܝܐ) : ܐܝܟܢܐ ܕܥܡܕܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܟ ܐܒܐ ܕܠܐ ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܫܠܝܡܘܬ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܟ ܕܡܫܬܐ ܕܒܝܡܐ ܕܝܡܐ ܕܚܝܐ ܕ

III. In veteri Gaza seu *Thesauro,* sic appellato, continente officia sanctorum festivitatum per annum recurrentium, ad Festum Commemorationis S. Petri, quod bis per annum celebratur: scilicet Commemorationis Petri ac Pauli in 2. Feria VI. post Epiphaniam, et Petri et Joannis in Feria VI. post Pentecosten, in horum, inquam dierum officiis sequentia de Petri Principatu inter cetera canuntur, ac juxta tritum adagium *« Ratio orandi lex credendi »* creduntur. (Supersedeo illo cantico jam supra ex Officio Dominicali allato « Beata es Roma etc.» quod et heic repetitur: En alia) (B. 3.). « Sapiens Archi-

---

(B. 3.) ܐܝܟܕܝܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܫܡܥܢ ܕܟܝܐܐ ܦܛܪܘܣ ܕܡܬܩܪܐ ܠܟܐܦܐ
ܡܢܗ ܡܠܬܐ ܕܐܝܬܝܗ ܠܐܝܠܐ ܕܫܡܥܢ ܕܒܠܗܘܢ ܕܟܠ ܡܕ ܕܒܠܘܢ ܡܢܗ
ܕܒܥܝܢܢ ـ ܥܡܪܐ ܚܕ ܐܝܟ ܡܫܝܚ ܡܠܬܐ ܕܟܣܝܐ ܡܥܡܪܢ ـ ܦܛܪܘܣ
ܕܐܠܗܐ ܐܝܬ ܠܗ ܦܛܪܘܣ ܕܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ـ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ ܕܥܠܝܢܢ ܕܝܠܗ
ܕܐܝܟ ـ ܦܛܪܘܣ ܕܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܕܝܠܗ ܕܝܠܝ ܕܐܝܟ ـ ܕܐܝܟ
ܡܫܝܚܐ ـ ܐܝܟ ܕܐܝܟ ܡܫܝܚ ܦܛܪܘܣܐ ܕܐܠܗܐ ـ ܕܥܠ ܗܢܐ ܕܥܠ
ܕܝܠܗ ـ ܥܡܪܐ ܕܥܠ ܡܫܝܚ ܕܐܝܟ ـ ܦܛܪܘܣ ܕܐܠܗܐ ـ ܕܥܠ ܗܢܐ ܕܥܠ
ܕܐܝܟ ـ ܦܛܪܘܣ ـ ܥܡܪܐ ܕܥܠ ܡܫܝܚ ـ ܕܥܠ ܗܢܐ ܕܥܠ ܡܫܝܚ

tecte, Constructor Ecclesiarum, Petre, cui Dominus tuus dedit Claves thesauri spiritualis, ut ligares ac solveres quidquid in terra et in Caelo! — O Simon Petra, possessor clavium altitudinis et profunditatis! — O Petre, princeps Apostolorum plantator Ecclesiae! — Beatus es, Petre, qui es fundamentum! — Petrus caput, et Paulus electus plantaverunt in Ecclesia Unitatem! — Ecclesia per sacerdotium Petri locupletata fuit. — O Princeps discipulorum, Simon fili Jonae, super quem aedificavit Dominus noster Ecclesiam suam. — Gratia illa quam accepit Simon Princeps Apostolorum venit per Traditionem (seu successionem) in omnes generationes, et perficit fideles, et eligit Sacerdotes ad perfectionem Sacramentorum, et operatur per manus eorum omnia prodigia ac signa. — Beatus es Simon Bar-jona, cui os vivens affirmavit dicens: Beatus es, quia super te aedificabo, et stabiliam firmiter Ecclesiam sanctam. — Hic est Petra in veritate, cui impositum fuit ab ore illo sanctissimo nomen, quum dixit illi: Tu vocaberis Petra, et promisit super ipsum aedificaturum se Ecclesiam sanctam. Hic est Simon Sanctus, et omnes Reges ac tyranni non praevalebunt super Ecclesiam, cujus fundamentum fixum ac positum est super Eum (1). Hic est Simon Sanctus cui data fuit potestas a Servatore nostro in Ecclesiam hanc quae est in terra et in illam, quae est supra, in Caelo. Hic est Petrus Beatus cui commissae fuere Claves Excelsi ac Profundi a Servatore nostro ut ligaret atque solveret praecepto (seu ut alibi) praecepto suo.

IV. Synodus Dadjesu Catholici h.e. Primatis Orientalium seu Syro-Chaldaeorum, anno 4° Regis Persarum Varharani, i.e. Christi 423. celebrata, a Patribus, qui erant 36. episcopi cum Primate, quibus accesserunt ceteri omnes, et summa ejusdem actuum inserta fuit in Codice Nestoria-

---

(1) Sic vertendum ad melius exprimendam constructionem phrasis chaldaicae.

norum (1), sic decretum fuit (C): «Modo quo ad nos attinet non licet discipulis superbire contra Magistrum suum, et fieri judices illius: Non enim data fuit illis hujusmodi facultas a Christo Domino eorum, secundum justam legem, quam Deus Creator posuit in natura hominum, qua non licet filiis excludere patres ab hereditate eorum... In sancta vero Ecclesia eo magis necesse est ut adimpleatur omnis perfectio, quod sicuti unus est Pater verus, et unus

---

(1) Summa Decreti hujus Synodi laudatur, et auctoritatem facit in Epitome Canonum Synodicorum Sobensis, et in Nomocanone Eliae Damasceni.

(C) (ܡܢ ܣܘܢܗܕܘܬܐ ܕܡܪܝܡ ܕܥܠܡܐ ܗܘܐ ܠܡܐܡܪ ـ)
ܣܝܡܘܬܐ ܕܝܠܢ ܕܠܡܐ ܠܐ ܐܬܝܗܒܘ ܠܬܠܡܝܕܐ ܕܢܬܪܒܘܢ ܥܠ
ܡܪܗܘܢ. ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܠܡܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ
ܕܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܒܪܝܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܒܢܝܐ ܕܢܦܠܘܢ
ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ. ܐܦ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠܗ ܕܢܗܘܐ
ܕܠܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܠܡܦܠܓ ܡܢ ܡܪܝܬܗ...
ܕܡܪܝܡ ܗܘܐ ܕܢܬܩܢܐ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܕܟܠܗ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ
ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܘܠܐ ܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ
ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ
ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ
ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ
ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ
ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ
ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ
ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ
ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ
ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ
ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ
ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܟ
ܕܐܝܬ ܐܒܐ ܫܪܝܪܐ ܕܢܬܩܢ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܐܒܗܬܗܘܢ ܕܒܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܬܠܡ ܟܠ ܡܕܡ ..

filius ejus Servator Christus, et unus Spiritus ejus Paracletus, pari modo unus est Ejus Thesauri Dispensator (sive Aerarii Praefectus, vel Praetor) fidelis Simon Bar-jona, qui cognominatus fuit Petra, et cui promisit dicens: « super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam: » et insuper: « tibi dabo Claves Regni Caelorum. » Jamvero non fuit dictum a Christo omnibus discipulis: super vos aedificabo, et vobis dabo. Et quamvis donum sacerdotii omnibus Apostolis concessum fuit, ast Principatus unus, qui est paternitas spiritualis non omnibus, sed, sicuti est penes unum Deum verum, sic penes unum Domus Praefectum (1) fidelem, ut ipse sit caput, gubernator, ac dispensator fratrum suorum... Vos autem, Patres nostri (sic alloquebatur Agapitus Episcopus Bethlapatensis, cui subscripsere omnes) scitis, omni tempore, visas fuisse discordias et contentiones inter nos, et ipsos Patres occidentales inventos fuisse defensores atque auxiliatores *unius Paternitatis,* in qua nos, discipuli ac filii, sumus alligati ac conjuncti, ceu membra totius Corporis, in CAPITE rege membrorum » (2).

V. Narses Presbyter ac Doctor Nestorianus, qui apud suos tantae reputationis semper habitus fuit, ut primus inter Doctores Syros, quos Nestoriani ut suos proprios colunt, post S. Ephraem, ponatur (3); linguae Orientis ac citharae Spiritus Sancti appellationibus honestetur, atque ejus scripta in omnibus scholis ac in Ecclesia etiam legerentur, in Sermonibus, qui pauci ex plurimis ejusdem exstant, monumenta sequentia de B. Petri Principatu nobis reliquit.

---

(1) Voci chaldaicae ܕܝܘܢܐ respondet graeca οἰκόνομος et italica *Maggiordomo* et *Maestro di Casa o Prefetto di Palazzo;* unde duxi vertendum : Domus praefectus.

(2) Vide Appendicem 1. ubi de actis hujus Synodi.

(3) Revera Narses, praeter singularis prorsus eloquentiae praestantiam, ordine etiam temporis, omnium Syrorum seu Chaldaeorum Doctorum, saltem quorum opera supersunt, exsistit post Ephraem, Antiquissimus, quum sit saeculi quinti. Vide quod de eximio isto Scriptore penitius in Appendice I. adnotabo.

In sermone de Evangelistis ait (D. 1.): « Simeon praedicavit in Regione Romanorum Evangelium novum: Divinitatem (scilicet) quae induta est corpore, ut vivificaret omnes: Piscator piscium exiit PRIMO ad piscandas Gentes : et projecit rete , et piscatus est Metropolim Civitatum. Princeps Discipulorum venatus est Urbem Principatus, et introduxit illam et detinuit intra propugnacula Fidei. PRIMUS, qui primitias habuit in confitendo FILIUM esse Dei Filium, ipsemet PRIMO obtulit sacrificia Conversionis Gentium. Posuit Confessionem (seu Fidem) suam in similitudinem PETRAE in PRINCIPIO Domus, et construxit et conjunxit populos scissos, fulcris charitatis. Clamavit Romae , et concussa sunt aedificia Idololatriae; et cecidit Superstitio, quam Daemones aedificaverunt in Cultum Falsitatis. Contremuere a voce illius Daemones, et homines Daemonum Cultores; spreverunt cultum *nominis* Numinum; et obsequuti sunt Veritati...

(D.1.) ܫܡܥܘܢ ܒܫܘܠܡܐ ܕܪܘܡܝܐ ܒܫܪܐ ܚܕܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܐܠܗܘܬܐ ܕܐܬܠܒܫ ܒܦܓܪܐ ܕܢܚܝܘܢ ܟܠܗܘܢ. ܨܝܕܐ ܕܢܘܢܐ ܢܦܩ ܠܩܕܡ ܥܡܡܐ ܣܓܝܐܐ ܠܡܨܝܕ ܥܡܡܐ : ܘܫܕܐ ܫܒܟܐ ܘܐܬܝܠܕ ܠܡܬܪܘܦܘܠܝܣ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܦ ܪܝܫܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܨܝܕ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܪܝܫܘܬܐ. ܘܐܝܠ ܡܢܗ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܨܝܕ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܚܝܠܐ. ܘܐܝܠ ܡܢܗ ܩܪܒܢܐ ܕܐܘܡܬܐ ܕܡܪܝܐ ܩܪܒ ܠܗ ܩܪܒܢܐ ܕܐܘܡܬܐ ܕܡܬܗܦܟܝܢ. ܩܝܡ ܬܘܕܝܬܗ ܕܐܝܟ ܕܡܬܐ ܒܫܘܡܐ ܕܐܝܟ ܕܒܝܬ ܡܫܟܢܐ ܕܡܬܚܒܪܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ܘܡܬܚܒܪ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ ..... ܡܫܬܡܥ ܩܠܗ ܕܪܘܚ ܩܠܗ ܕܫܡܝܢ : ܒܥܠܡ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܠܬܐ ܒܢܐ ܠܩܪܝܬܐ ܡܠܟܬܐ. ܕܐܝ ܕܡܠܟܘܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܬܠܒܫ ܕܦܓܪܐ ܕܐܢܘܢ : ܗܘ ܩܪܒܢܐ ܕܩܪܒ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܬܒܢܐ (ܕܫܡܗ ܡܠܬܐ ܕܠܝܬ ܡܕܡܐ).

Marcus coluit semen, quod Petra (Petrus) Romae sparsit, et per sua verba, dulcedine vitae, adaquavit fructus *Rationales*. Construxit doctrinam suam super fidem PETRAE Electae, minime pavescens rumorem procellarum spirituum Erroris. »

Et in Sermone de Pentecoste, Antithesim instituens inter Legem per Moysis, et Legem per Petri mediationem, datas, interque illum et istum, ait (D. 2.) : « Heic Princeps Duodecim tranquillus adest et laetus, et pax dominatur in mente sociorum ejus. Moyses clamat: pavore ac timore sunt plenae cogitationes meae; et Simon annuntiat spem, amorem ac fidem. Moses scidit vestem quam Sponsus miserat Sponsae: et Simon induit Ecclesiam Gentium Stola Gloriae: Simon resonare fecit strepitum novum in Terra Romae: et docuit illos (Romanos) viam *Dominationis unius* Creatoris. Princeps Discipulorum in sortem habuit Matrem Urbium, et ceu in Capite plantavit in illa Oculos Fidei. » Jamvero quid praeclarius dici potest?

VI. Timotheus I. Patriarcha Nestorianorum in epistola sua ad Maranzcha Episcopum Ninives (1), quamquam totis viribus, atque argumentis eloquenter ac captiose congestis, conetur demonstrare Sedem Suam Seleuciae et Ctesiphontis, etsi quintam numero, attamen excellentiorem

---

(D.2.) ܗܢܐ ܪܝܫܐ ܕܬܪܝܣܪܬܐ ܫܪܐ ܠܟܠܗ ܡܠܬܐ ܕܫܠܡܐ ܘܚܕܘܬܐ ܕܡܢܝܢܗ ܕܫܠܡ ܠܒܘܢ ܡܫܬܡܥ

esse habendam ceteris quatuor; nihilominus fateri non dubitat « Romae propter Petrum Apostolum Ordinem primum ac principaliorem servari » (E. 1.).

VII. Elias Episcopus Anbarae omnium Nestorianorum Ecclesiarum facile theologus ac christianae philosophiae praeceptor (1) in celebri opere suo Centuriarum, cui nomen *Exercitationes* (scientificae), ad cap. I. Sermonis 6. qui est tertius Partis secundae Centur. 2ª sic disserit (F).

---

(1) Vide infra in Appendice I. de isto scriptore uberiorem notitiam.

(E.1.) ܠܬܘܡܐ ܡܠܟ ܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ ܩܕܡܝܐ ܕܢܛܪܝܢ ܣܕܪܐ
ܒܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ : (ܐܡܪܐ ܠܘܩܐ : ܠ : ܦܛܪܘܣ.)

(F) En textus: (ܡܢ ܚܕܐ ܕܟܬܒܐ ܕܡܪܝ ܐܠܗܐ ܕܐܡܪ :
ܡܢܐ ܡܪܝ : ܘ : ܟܥܠ : ܠ :) ܕܐ : ܐܒܐ ܒܫܘܒܚܐ ܡܫܬܠܝܢ :
ܦܝܬܐ ܠܬܪܝܢ ܡܝܡܪܐ. ܐܠܡܢ ܒܝܡܐ ܩܕܝܡܐ ܥܡܡܐ ܕܒ ܡܢ
ܟܐܦ. ܘܡܝܡ ܟܐܦ ܐܝܟܐ ܡܥܒܪܐ ܩܕܝܡܐ ܕܟ : ܐܠܡܢ ܡܕ
ܒܠܫܢܐ : ܟܐܦ ܡܢܐ ܕܟܬܒܢܐ. ܕܒܡܝܡܐ ܕܡܢܐ ܐܡܪܐ : ܡܕ
ܠܥܡܡܐ ܕܥܡܐ ܕܟܐܦ : ܐܟܡܐ ܕܐܒܐ ܠܐ ܕܡܬܩܝܡ ܡܥܒܪܐ
ܡܩܕܡܐ ܠܟܠܡܐ ... ܐܒܐ ܕܐܝܟ ܕܐܠܦܐ ܕܥܡܐ : ܡܥܒܪܐ ܟܐܦ
ܐܝܟ : ܡܐܡܪ ܐܠܗܐ ܕܒܪܝܐ : ܐܡܪܝܢ ܟܐܦ ܕܟܬܒܢܐ.
ܘܡܝ ܐܡܪ ܡܕܡ ܡܝܠܐ : ܕܟܬ ܡܕܡ ܕܠ ܐܝܟ. ܡܝܝܢ
ܘܡ ܟܐܦ ܒ ܒܟܬܐ : ܡܟܬܒܐ ܥܠ ܐܦܣܩܘܦܘܬ ܡܕܡ ܟܐܦ ∴ ܗ ∴
ܕܟ ܡܕܡ ܘܡ ܕܟ ܡܥܒܪܐ : ܡܝܝܢ ܟܐܦ ܒ ܐܝܟ ...
ܐܝܟ ܡܐܡܪ ܐܢ ܕܠ ܐܝܟ ܐܦܣܩܘܦܘܬ ܠܡܕܝܢ. ܩܕܡ
ܕܟ ܡܢ : ܒܐܠܗܐ ܕܡܬܡܢܐ. ܡܕܡ ܡܢ ܡܥܡܘܡ ܐܝܟ :
ܕܒܝܬ ܠܥܠ ܡܕܡ ܐܝܟ ܐܝܟ. ܡܐܡܪ ܐܝܟ ܡܕܡ ܕܩܕܡ ܠܡܕܝܢ :
ܒܐܠܗܐ ܡܕܡ ܕܢܛܪ. ܠܐ ܡܕܡ ܕܥܡܡ ܕܡܢ : ܒܐܒ
ܡܕܡ ܩܕܡܐ ܕܥܡܐ. ܡܕܡ ܐܝܟ ܡܐܡܪ ܡܥܒܪܐ : ܡܥܒܪܐ
ܠܥܠܡ ܕܡ ܡܢ. ܡܕܡ ܐܝܟ ܡܐܡܪ ܡܥܒܪܐ : ܡܥܒܪܐ

« (N°. 59.) Est Eruditis investigatio, et scientibus veritatem quaesitus: cur Servator appellavit Simeonem filium Jonae Petram? Ipse Christus Servator magnus est Petra vera, cur igitur alium appellavit Petram et ae-

---

ܡܫܝܚܐ ܕܝܘܢܐ. ܐܝܟܡܐ ܕܝܢ ܠܫܡܥܘܢ ܒܪܗ ܕܝܘܢܐ ܟܐܦܐ. ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܪܒܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܡܬܐ ܗܘ ܟܐܦܐ ܕܝܢ ܠܡܢܐ ܩܪܐ ܠܗ ܟܐܦܐ ܐܚܪܢܐ ܘܩܪܐ ܠܗ ܦܛܪܘܣ ܐܝܟ ܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܡܪܝ ܕܝܘܢܐ ܗܘ ܟܐܦܐ ܪܒܐ ܕܐܡܬܐ ܗܘ ܟܐܦܐ ܕܝܢ ܠܡܢܐ

dificii caput? (Resp.) Pro communione (vel identitate) appellationis et nominis, dedit Simoni nomen Petrae, sicuti erant in Lege, pro Mundo, Christi et Servatores... Christus Petra vera futurus erat, ut se reciperet

---

ܒܝܕܝܗ ܕܥܠܡܐ ܡܫܝܚܐ ... ܡܠܬܐ ܕܐܦܠܘܢܝܐ ܗܘ ܗܘܐ :
ܕܡܫܝܚܐ ܠܫܡܥܘܢ. ܫܡܥܘܢ ܫܡܐ ܕܦܛܪܐ. ܕܥܠܡܐ ܫܡܐ
ܕܦܛܪܐ. ܡܐܝܟܢܐ ܕܒ ܫܦܪ ܚܝܐ : ܩܝܡܬܐ ܕܡܫܝܚܐ.
ܠܡܦܠܚ ܥܠܡܐ ܫܦܝܪܐ : ܫܦܝܪܬܐ ܕܒܝܬ ܐܒܐ ...) (ܡܐܠܦ
ܒܗ ܐܡܝܢܐ. ܟܝܐ ܕܡܫܝܚܐ ∴ ܡ ∴) ܐܠܦܐ ܐܠܦ ܒܥܐܡܐ :
ܟܝܐ ܦܪܝܩܬܐ ܒܥܠܡܐ. ܥܡܗ ܩܝܡܬܐ ܠܐ ܚܝܐ : ܐܝܟ
ܒܝܬ ܐܠܦܐ. ܥܡܗ ܡܢ ܐܝܟ ܒܝܬ : ܩܝܡܬܐ ܒܗ
ܐܝܟ ܫܦܝܪ : ܚܝܐ ܐܝܟ ܒܗ ܫܦܝܪܬܐ ... ܐܠܦ ܕܝܢ ܕܒܗ
ܐܝܟ ܫܦܝܪ : ܚܕ ܕܒܝܬ ܡܝܢ. ܟܠܐ ܠܐ ܡܦܪܫ ܕܡܢܗ : ܐܝܟ
ܡܫܝܚܐ ܕܡܝܢ. ܡܢ ܠܐܝ ܚܝܐ ܕܒܝܬ : ܡܠܟܘܬ ܕܐܠܗܐ
ܐܠܦܐ. ܟܠܗܘܢ ܕܡܫܝܚ ܥܠܡܐ : ܡܠܟܘܬ ܐܠܗܐ ܚܕܝܐ.
ܠܡܫܝܚܐ ܫܦܝܪܐ ܗܢܐ : ܡܠܥܠܡܐ ܐܝܟ ܟܝܢ. ܠܡܢܐ ܡܦܝܪ
ܡܫܝܚܐ : ܟܐܠܦܐ ܒܝܫܐ. ܡܢ ܚܝܐ ܠܐ ܥܒܕ ܥܡܐ :
ܡܠܟܐ ܕܟܢܘܬܐ ܟܪܝܡܬܐ. ܥܡܐ ܡܠܟܐ ܡܫܠܡܐ : ܡܠܟܐ
ܥܠܡܐ ܐܠܦܐ. ܟܐ ܐܦܐ ܠܟܐ ܡܠܠܐ : ܟܪܝܢܐ ܕܐܠܦܐ
ܐܠܦ. ܡܫܝܚ ܡܢܟܐ ܡܠܐ : ܐܝܟ ܡܦܩ ܟܐ ܡܠܐ. ܥܡܐ
ܠܐ ܠܟܐ ܐܠܦ : ܟܪܝܡܬܐ ܟܐ ܚܕܝܐ. ܟܠܡܬܐ ܟܐ
ܒܝܢܐ : ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܥܐ. (ܟܐܦܐ : ܕ. ܟܝܐ. ܠ.
ܡܢܐ. ܠ :) ܠܐܡܐ ܚܝܐ ܕܥܐ : ܡܥܒܐ ܫܦܐ ܒܝܢܐ.
ܐܦܝܩ ܐܠܦܐ ܕܡܦܥܐ : ܟܝܐ ܟܠ ܐܦܝ ܟܠܐ. ܟܡܒ
ܠܦܥܒܡܐ ܚܝܐ : ܒܝܡܐ ܠܡܦܥܐ ܟܐܠܗܐ. ܟܠܡܬܐ ܒܦܬ
ܒܝܢܐ : ܕܡܫܝܚܐ ܕܥܐ. ܡܢܝܬ ܚܝܐ ܕܡܫܝܚ : ܡܠܟܐ
ܕܐܦܬܟܠ ܦܪܝܩܬܐ. ܡܟܠܬ ܐܦܟܠ ܒܝܡܐ : ܒܝܡܐ
ܠܐܠܦܐ ܟܐ. ܚܝܐ ܟܡܢܘܡܐ ܕܡܢܗ : ܡܢܝ ܡܠܗ ܠ

in Caelum, et posuit Vicarium (1) suum in terra et nominavit illum Petram aedificii. Ipse est qui portat in se imaginem ac simulacrum (2) Magistri sui et Domini sui super terram, atque mediator (3) est inter nos et Filium, et Pontifex est ad instar Prototypi sui.

(N°. 60.) Ipse quippe Christus est Pontifex Magnus et mediator inter nos et Deum .... qui elegit et stabilivit sibi vices gerentem (4) super terram pro Ecclesiis, Simeonem Senem Bar-Jonam fundamentum Fidei. Appellavit eum de nomine suo proprio Petram; nemo enim adhuc Petra vocatus fuit, ut futurus esset Ecclesiae fundamentum, atque aedificii caput. Non eum appellavit de nomine suo Salvatorem, quia fuerant in Populo Salvatores, ast non erat Christus aboliturus potestatem filii Jonae sicut aboleverat illorum potestatem. Neque Christum appellavit eum; quia fuerant Christi in Juda, et

---

ܒܫܡܝܐ. ܕܩܐܡ ܒܡܬܩܢܬܗ ܕܡܪܝܗ ܘܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܡܨܥܐ ܠܡܨܥܝܢ ܒܝܢܢ ܘܒܪܗ. ܗܘ ܕܒܚܪ ܠܟܠܗ ܥܡܡܐ. ܕܥܒܕ ܠܫܡܥܘܢ ܣܒܐ ܒܪ ܝܘܢܐ ܠܫܘܪܝܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܕܩܪܐ ܠܗ ܒܫܡܗ ܕܦܬܪܐ. ܠܝܬ ܗܘܐ ܕܩܪܝ ܠܗ ܦܬܪܐ ܥܕܡܐ. ܕܗܘܐ ܠܗ ܠܡܗܘܐ ܫܘܪܝܐ ܕܥܕܬܐ. ܘܪܝܫ ܒܢܝܢܐ. ܠܐ ܩܪܐ ܠܗ ܡܦܪܩܢ ܒܫܡܗ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܦܪܩܢ ܗܘ ܒܥܡܐ. ܕܠܝܗܘܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ. ܕܒܛܠ ܫܘܠܛܢ ܕܒܪ ܝܘܢܐ ܐܝܟ ܕܒܛܠ ܫܘܠܛܢ ܕܢܝܢ. ܘܠܐ ܩܪܐ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܝܗܘܕ. ܕܗܘ

(1) Chaldaice est vox ܐܦܝܛܪܘܦܐ quae potiusquam vicarium, successorem, vicem et personam alterius gerentem proprie, et in usu, significat, et est ex ܦܛܪ commutare; unde in significatione *Commutationis* occurrit in Psalm. 54. qui est in vers. Syr. simpl. 55. v. 20. hebraice חליפות et Marc. VIII. 37. Cui respondet verbum arabicum خَلَّفَ, unde مُتَخَلِّفٌ, خَلَفٌ, et خليفة, quae significationem verae, et realis successionis in locum, personam et munera alterius exhibent.

(2) Chaldaice ܨܠܡܐ imago, statua, simulacrum : ܦܪܨܘܦܐ persona, imago, simulacrum.

(3) ܡܨܥܝܢܐ mediator intercessor; idem verbum atque quod et hic et ubique usurpatur, cum de mediatione Christi inter homines et Deum Patrem est sermo.

(4) Chaldaice ܐܦܝܛܪܘܦܐ et est graecum *επίτροπος* qui alterius personam et munia absolute agit (Galat. IV. 2).

abrogavit eos Filius Dei, sed minime cum illis abrogavit Petrum.

(N°. 61.) Bis Christus nominavit Petram Filium Jonae: primo quum eum vocavit, et secundo quum elegit. Alteram scripsit Joannes, et alteram Matthaeus: In Joanne dixit: tu vocaberis Petra, et in Matthaeo: tu es Petra...

(N°. 62.) Jamvero Dominus Simeonem oeconomice et mysteriose Petram vocavit; scilicet *a*) ut incolume esset et stabile quod supra Petram aedificatur: *b*) ut super illam imponatur ac secure elevetur constructio usque ad altitudinem tecti: *c*) dixit Petram quasi diceret *bases, fundamentum* atque *caput anguli* Ecclesiae sanctae, nec non aedificii Confessionis (seu Fidei) *lapidem: d*) appellavit Petram, ut tali modo aedificium supportaret, quo structura recta eveheretur usque ad perfectionem, et ipsum aedificium immobile staret in pluviis ac tempestatibus, inconcussumque et firmissimum, contra ventos et torrentes: *e*) Petram denique dixit ad significandam firmitatem fidei, et quod Religio (seu Confessio) vera Christi non est super arenam constructa (1).

(N°. 63.) Quum Christus Filium Jonae ad se vocavit, illi promisit se, posthinc, ipsum Petram appellaturum. Quando autem eum elegit et dixit illi: *Tu es Petra,* aliam tunc promissionem illi fuit pollicitus, se, scilicet, illi Claves Caeli daturum, quum dixisset: *Tibi dabo,* videlicet post Passionem, quando de mortuis resurrexero, et in Nova fuero gloria, *Tibi dabo Claves Regni Caelorum.....*

N°. 68. Est tertia clavis spiritualis quam commisit Dominus Apostolis suis... quae consistit in munere docendi atque ad Religionem vocandi, quo nascuntur filii Deo; quam quidem Clavem tradidit Pontificum Maximus Apostolis Pontificum principibus: per manus Petrae Barjonae Primi Patriarchae tradidit illam Pontificibus at-

---

(1) Mirifice haec consonant ac parallela sunt S. Leonis M. effatis eloquentissimis in Serm. IV. (al. III.) c. 2. in diem Natalis sui, quae consule.

que Sacerdotibus, qui sacerdotio funguntur pro Ecclesia sancta. »

In numero autem 50 capitis primi Sermonis octavi, qui est secundus Partis tertiae, sic ratiocinatur Anbarensis. « Triplici, ait, ratione nomen suum habet Princeps ac Primus Apostolorum, scilicet: Simeonis, Petri, ac Kepae (seu Cephae), quasi triplici mysterio. Simeon quidem hebraice: Petrus autem graece: Kepa vero syriace... Ter in domo Caiphae negavit Filium tempore Passionis, atque item ter confessus est in Resurrectione, juxta aequalitatem numeri. Factus fuit Patri servus justitia, et Filio Ejus Discipulus gratia, et Spiritui Apostolus charitate, et Tribus Praeco. (Factus fuit) Fidei fundamentum et Apostolis, fratribus suis, Princeps, et Ecclesiae Sanctae Constructor, et in hisce tribus victoriosus. Hoc mysterio accepit in donum Claves excelsi ac profundi, scilicet Caelum et Terram et Regnum, in signum triplicis Potestatis. Pascitur etiam gregem (1) rationalem respectu trium ordinum: oves (quae gignunt): et oves (mistas cum capris): et agnos (vel arietes) (2), juxta mandatum Pastoris Universorum. Laus Filio Dei, qui vocavit illum Petram veram, et super illum superposuit aedificium Fidei sanctae. »

In N°. autem 30. Cap. I. Sermonis 9. haec habet disertissimus Anbarae Episcopus Nestorianus: «Ipse quoque Petra veritatis Christus Redemptor Creaturarum misit super faciem Terrae duodecim discipulos veraces. Majorem eorum appellavit Petram, ut esset veritati fundamentum, utque super illum ascenderet constructio Fidei verae. Vocavit quidem eum Petram ad firmitatem adversus contraria, atque ut super illam elevarentur structu-

---

(1) Vox chaldaica seu Syriaca significat oves cujusvis speciei seu gregem ovium.

(2) Hujusmodi prope sunt significationes trium horum vocabulorum diversas species ovium designantium, uti habentur eaedem in S. Joanne c. XXI, quibus adamussim respondentia, in lingua latina, ignoro.

rae usque ad tectum murorum, ut quemadmodum petra conjungit ac constringit structuram fortiter inter se ipsam, pari modo et Ipse in Fide conjungeret Gentes cum Populo (hebraeo). Laus Petrae veritatis ex qua defluxit vita mundo, et Ipse factus est caput Constructionis structurae Regni Excelsi pro terrestribus. »

Hucusque Anbarensis. Quae sane verba ita sunt clara, diserta, atque ad vim Primatus in tota sua plenitudine a Christo Domino Petro Apostolo collati exprimendam explicita ac peremptoria, ut nihil relinquant desiderandum, nulloque Commentario indigeant.

VIII. Accedat Benattibus Abulpharagius Nestorianus Bagdadensis Presbyter ac Doctor (1) qui

1° in suo Commentario ad S. Matthaeum ad c. X. v. 2. loco « primus Simeon, etc. » glossatur « Princeps eorum (i. e. Apostolorum) Simeon qui vocatus est Petra » (G. 1.).

2° Et insuper verba Christi ad cap. 16. v. 18–19. commentans ait (G.2.): « Illud: *Tu es Petra* significat funda-

---

(1) Vide quae in Appendice I. dicenda sunt de isto scriptore eiusque scriptis Arabicis.

(G. 1.) Testus arabicus : مُقَدَّمُهم شمعونُ المدعوُّ الصفا

(G. 2.) Accipe textum arabicum وقولهُ انت الصفا يريد اساس الامانة والاقرار . وهذا هو الجزآء على الاقرار . وقولــه على هذه الصفاة ابنى بيعتى يريد : انّ الجماعة تتبعك فى الامانة والاقرار . وتكون أنت رئيسها . والبيعة يريد بها الجماعة . وفطروس اسم يونانىّ وتفسيرهُ الصخرة . وأبواب الهاوية يريد بها الشدايد والامور الصعبة التى ترد على الجماعة . وقوله لك اعطى اقاليد ملكوت السمآء يريد : لك اقلّد سنّتى وبشارتى . . . وقوله وكلّما تعقدهُ فى الارض يكون معقودًا فى السمآء معنــاه أنّ جميع ما تأمرهُ فى

mentum Fidei et Confessionis, et haec est remuneratio pro illa Confessione. Et dicens: *Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam,* vult dicere: Congregatio (fidelium utique) te sequetur in Fide et in Confessione, et tu eris Princeps illius: per *Ecclesiam* vult Congregationem (fidelium), et *Petrus* est nomen Graecum, quod interpretatur Petra: et *Portae Inferi* significant aerumnas ac adversitates quae Ecclesiae seu Congregationi fidelium superveniunt. Et illud: *Tibi dabo* etc. significat: Tibi committo Legem meam ac Evangelium meum: Et illud *quodcumque ligaveris* etc. significat: quodcumque praeceperis in terra de iis quae haec lex exigit, praeceptum erit et in Caelo. »

3° Et locum Joannis XXI. 15. 16. 17. commentans ait (G. 3.): «Per Agnos, et Arietes et Oves intelligit (Christus) omnes fidelium classes hominum et mulierum; Dixit ergo illi (Simoni): si tu me diligis dilectione plena et perfecta fac participes meorum charismatum, donorum scientiae

---

الارض ممّا توجبهُ هذه السنّة يكون مأمورًا بهِ في السماء .

(نصّهُ الشيخ القس عبد الله ابو الفرج بن الطيب النسطوري البغـــداديّ)

(G. 3.) يريد (المسيح) بالحملان والكباش والنعاج جميع اصناف المومنين من الرجال والنسآء . فقال لهُ (لشمعون) ان كنت تحبّني المحبّة التامّة الكاملة فأفد مواهبي وعطاياي وعلمي وذخاير سنّتي للمومنين بي . وهذه وصيّتي اليك بخلاف كلّ وصيّـــة ان تفيد الناس كافّةً علم الحق وسنن البشارة الانجيليـــة الموصلـــة لهم الى الملكوت السمائي (من تفسير ابن الطيب الشيخ القس ابي الفرج المارّ ذكرهُ)

et thesaurorum Religionis meae credentes in me. Et hoc est mandatum meum quod tibi committo et lego praecipue, prae ceteris omnibus mandatis; ut edoceas omnes homines scientiam Veritatis, et praecepta Evangelii, quae eos conducunt ad Regnum Caelorum » (1).

3° Et alio loco, ejusdem Oraculi evangelici paraphrasim faciens sic scribit (G. 4.) « Illud *pasce mihi* sensum hunc habet « *Esto vices meas gerens* » et dicens: *Arietes meos et Agnos meos et oviculas meas* significat omnes omnino fideles utriusque sexus, tum principales, tum medios, tum infimos » (2).

IX. Audiatur nunc Elias Damasci Metropolita Nestorianus (3), qui in suo Nomocanone, ubi de Actis uniuscujusque Apostolorum agit, primo loco de B. Petro disserit, quem appellat « Simon Cepha Principem Discipulorum, seu Apostolorum (H.1.). » Et insuper praeclarius, ubi de haereticis agit, ad Marcionitas veniens, inter ceteros eorum errores, in hunc animadvertit; quod « dixe-

---

(1) Sic habemus ex Evangeliario nestoriano de quo consule Append. I. Porro est obvium videre Paraphrasim istam, Abulpharagio nostro certe adscribendam, valde majus acquirere pondus ex eo quod in Evangeliario Nestorianorum sit inserta, et legi solita. Inde enim habemus non unius, quantumvis eximii et penes omnes gregales suos acceptissimi, Doctoris; sed Universae Nestorianorum Communionis, testimonium, quae illam sibi vindicans solemniter sancivit, atque Juris sui Ecclesiastico-Dogmatici declaravit, per Lectionem, videlicet, publicam, intra adoranda Missae sacrificii Mysteria, locum habentem.

(2) Sic habetur in parva Paraphrasi hujus Auctoris ab Ecchellensi laudata, de qua in Appendice I.

(3) Vide quae de isto scriptore notantur in Appendice I.

(G. 4.) فقولهُ ارعَ لى هو بمعنى كن نائبًا عنّى . وبقولهِ كباشى وخرافى ونعاجى يعنى كافة المومنين والمومنات الراس منهم والوسط والدون (من تفسير ابن الطيب ابى الفرج بعينهِ)

(H.1.) شمعون الصفا رئيس التلاميذ

rint : Marcionem auctorem suum esse Apostolorum Principem, et Simonem Cepham excluserint » (H. 2.).

X. In Ritu conferendae Tonsurae Monachis in Pontificali nestorianorum haec canuntur: « Per filium Jona piscatorem piscium piscatus es mundum reti Praeconii tui, Domine, et loco piscationis piscium maris pisces rationales docuisti eum venari. Petram appellasti eum, et super eum posuisti aedificium Ecclesiae sanctae, et ipsum constituisti Thesaurarium, Distributorem vitae ovili suo » (I. 1.). Et infra « Beata es Jonia et Romania quae factae estis Orbi terrarum fons vitae... vestris divitiis locupletata est Persis, et suscepit a vobis *Coronam Fidei filii Jona,* et virtutes familiae Antonii » (I. 2.).

XI. Georgius Arbelensis in Decl. Offic. Ecclesiast. Tract. 6. c. 8. quum de ordine ab Jesujabo Adjabeno Patriarcha (1) usurpato in Reformatione Magni Tomi officii divini chaldaici, quod vocatur Hudhra (circulus), agit, rationem reddens cur laudatus Jesujabus Comme-

---

(H. 2.) وقالوا انّ رئيس الحواريّين مرقيـــون صاحبـــهم . وانكروا شمعون الصـــفـــا .

(نصّهُ ايليا مطران اورشليم ودمشق النسطوريّ)

(I. 1.) ܒܟܝܢܐ ܕܒܪܗ ܕܝܘܢܐ ܕܐܬܝܬ ܠܥܠܡܐ ܒܡܨܝܕܬܐ ܕܨܝܕܘܬܐ ܕܫܠܝܡ ܐܢܬ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܝܡܐ. ܐܝܟ ܡܠܦܬ ܠܡܨܝܕ ܐܢܫܐ ܕܝܡܐ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܩܪܝܬ ܠܗ ܟܐܦܐ. ܘܫܪܝܬ ܥܠ ܗܝ ܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܘܐܬܬܬ ܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܕܦܪܣܐ ܕܚܝܐ. ܐܝܟ ܕܐܢܬ ܡܠܦܬ ܠܥܕܪܐ ܕܡܪܝ ܐܝܬ ܠܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪܣ ܕܚܝܐ ܕܥܠ ܥܠ ܗܝ ܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܬܬܬ ܠܗ ܡܫܡܫ

morationem peculiarem Petro et Paulo in Officio, citra reliquos Apostolos assignavit, ait «Beatus Jesujabus ea mente, ut adjiceret majorem honorem iis, qui inter Apostolos sunt insignes, quemadmodum Roma celebrabat Petrum et Paulum qui in ipsa dormiunt, voluit eos qui ibi sunt imitari... Et insuper quia Petrus Apostolorum erat Princeps, Paulus autem habetur ut gentium Episcopus» (K).

XII. Finem pono his tantis monumentis testimonio solemni ac valde authentico Epitomes Canonum synodalium Sobensis, qui liber est jurisprudentiae Christianae ac Ecclesiasticae, et suprema pollet auctoritate, apud Nestorianos (1). In capite itaque primo Partis IX tomi II Petrus appellatur Princeps Apostolorum et Paulus Doctor Gentium (L.1.). Et infra supponit «B. Petrum habuisse potestatem in totam universitatem Ecclesiae» (L. 2.), ut inde Rom. Pontificis primatum adstruat, juxta Canones nicaenos. De hocce Testimonio, nec non de aliis, ab eodem adducendis, redibit sermo in capp. seqq. (2).

(K) Accipe textum chaldaicum:

ܗܘܝܢ ܕܥܠܡܐ ܟܠܗ ܒܫܘܠܛܢܗ ܕܪܘܡܝܐ ܡܬܩܪܝܢ ܫܠܝܚܐ ܬܪܝܢ
ܕܫܠܝܚܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܥܒܕܘ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܒܝܬ
ܡܫܝܚܐ ܕܒܪܘܡܝܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܫܠܝܚܐ ܕܒܗ ܡܬܩܪܝܢ ܗܘ ܕܒܗ ܡܬܩܪܝ
ܕܫܠܝܚܐ ܕܒܗ ... ܐܦܠܐ ܕܒܝ ܡܠܟ ܕܦܠܚܘܗܝ ܕܥܠ ܟܠ ܥܡܡܐ
ܕܥܠ ܕܥܠܡܐ . ܦܘܠܘܣ ܕܝܢ ܕܦܠܚܘܗܝ ܕܥܡܡܐ ܕܒܗ ܡܬܩܪܝ .
(ܐܝܟ ܕܐܬܟܠܝ ܕܥܕܬܐ ܐܪܡܝܐ .)

(L.1.) ܦܠܚܘܗܝ ܕܥܠ ܕܥܠܡܐ . ܦܘܠܘܣ ܗܘ ܕܠܥܡܐ .

(L.2.) (ܕܥܠ ܐܝܠܢܐ) ܐܝܬ ܠܗ ܦܠܚܘܗܝ ܠܟܠ ܟܠܗ ܥܠܡܐ .
(ܕܥܠ ܕܢܬܢ ܕܒܝܬ ܐܪܝܒܐ .)

(1) Vide quae de Sobensi, ejus operibus, et hoc praesertim notantur in Appendice I.

(2) Heic duxi sistendum, quum non sit tempus insumendum, neque fatigandus Lector in aliis, quae infinita prope essent, de eo

*

Itaque luce meridiana clarius liquet: Principatum jurisdictionis B. Petri super Apostolos ac totam Ecclesiam, et quidem ea natura atque vi, qua melius a viro catholico desiderari nequeat, a Christo Domino collatum, apud Nestorianos omnes et ubique semper, extra omnem dubitationis aleam, jugiter haberi, et assertum ac creditum fuisse.

---

dem argumento, congerendis Nestorianorum monumentis, qui, ceterum, numquam, hac super re, ullam movere dubitationem, quantumvis in Schismate jamdiu pertinaces. Verum quidem est, ut in relatis vix insinuatum vidimus, in sequentibus autem documentis non raro explicite disputatum occurret, ipsos, nimirum Nestorianos contendere B. Petri Primatus divini praerogativas suo Patriarchae competere. Ast eas Dotes in B. Petro non ideo praecise praedicant, quia suae Communionis Caput iisdem cohonestare in animo posuerunt; sed ideo, ut unusquisque primo intuitu percipit, quia Principi Apostolorum in bonum Ecclesiae, illas a Christo collatas cernentes, et credentes, atque, pro Unitate servanda, necessarias esse persuasi, suo Primo Antistiti ceu Ecclesiae suae, ut unice verae, Capiti, prae ceteris, exclusive, dixerim, cum manifesta contradictione, suis tamen cohaerentes falsis principiis, omni studio, nituntur accommodare. De eodem argumento recurret oratio in sequentibus duobus capitibus.



CAPUT II.

EORUNDEM NESTORIANORUM TESTIMONIO ADSTRUITUR: ROM. EPISC. IN SEDEM APOSTOL. ROMANAM B. PETRI SUCCESSIO, AC EJUSDEM PLENAE POTESTATIS IN UNIVERSAM CHRISTI ECCLESIAM POSSESSIO.

§. I.

Quod Primatum jurisdictionis Romani Episcopi attinet, primo animadvertendum, quod alioquin omnibus notum atque extra omne dubium est positum: huiusmodi Primatum ex Petri Primatu necessario fluere, supposito 1. Christum Potestatem uni Petro prae ceteris in Universam Ecclesiam collatam in perpetuum duraturam voluisse. 2. B. Petro legitimum in Sede Successorem, ac proinde ejusdem Primatus heredem unicum esse Romanae Ecclesiae Episcopum.

Jamvero utrumque a Nestorianis est, et semper fuit admissum, atque assertum. Et primum quidem: certe velint nolint Nestoriani id fateri coguntur ex precibus publicis ac officiis quae recitant; ex historiographis quos recipiunt; ex doctoribus quos venerantur; et ex Codice legum , Synodorum et Canonum, juxta quae judicia sua proferunt, et disciplinam Ecclesiasticam observant. Recolenda hoc loco essent fere omnia quae superiori capite congessi documenta, de Petri Primatu, quibus ipsis, vis, natura ac necessitudo perpetuitatis ejusdem Primatus explicantur, vel facili negotio arguuntur.

Et re quidem vera, si potestas illa Petro commissa non fuisset duratura cum Ecclesia, ad quid hic accepisset Claves thesauri Spiritualis ut ligaret, solveret et omnia suo praecepto in Ecclesia Christi disponeret? Et quonam fundamento alio subsisteret Ecclesia, si ipse qui fundamentum positus est, periturus esset? Ast Sacerdotio Petri Ecclesia jugiter locupletatur: Ipsi Petro superposuit Chri-

stus Aedificium Ecclesiae suae: Gratia et munera quae accepit Petrus in omnes succedunt ac traduntur generationes: Mediator exsistit, utique permanens, Petrus, ac Pontifex, inter nos et Filium: Vicarius in Terris Domini sui Magni Pastoris: Non erat abrogaturus Christus potestatem Filii Jona sicut abrogavit Salvatores atque Christos qui apparuerunt, ab ipso missi, in variis mundi aetatibus (1).

Insuper quid expressius testimonio in cap. superiori n. IV. adducto ex Synodo Dadjesu ad perpetuitatem Primatus Petri adstruendam? Praetermitto modo ea testimonia, quae dum Primatum Successoris B. Petri in Sede Romana directe asserunt, hanc eandem veritatem simul, saltem indirecte, supponunt atque confirmant. Sed de hisce infra.

Nunc videamus quid de Secundo Nestoriani sentiunt. B. Petro legitimum in Sede successorem, ac proinde ejusdem in universam Ecclesiam Principatus heredem unicum esse Romanae Ecclesiae Episcopum per Nestorianorum Confessionem duplici testimoniorum genere comprobatur: Uno quidem, per ea omnia testimonia quae directe ac diserte docent Romanam Ecclesiam ac ejus Episcopum habere in universam Ecclesiam Primatum propter B. Petrum, et quia Episcopus Romanus locum Petri tenet, et hisce similia: Sed de istiusmodi testimoniis, quae certe mirifice, etsi indirecte, thesim nostram probant, mox dicemus in paragraphis distinctis. Alterum testimoniorum genus iis constat quibus historice a Nestorianis asseritur: B. Petrum Ecclesiam et cathedram Romanam rexisse usque ad finem, quum, martyrio ibi effectus, supremum diem obiit, sub Nerone, cruci affixus. Inutile certe est in huiusmodi monumentis congerendis tempus terere. Nihil enim vulgatius est apud Nestorianos historica hac veritate, itaut numquam quisquam ex iis illam in dubium evocare fuerit tentatus (2).

---

(1) Recole praesertim quae supra in cap. I. nn. III. et VII. retulimus ex officio Commemorationis B. Petri, et ex Elia Anbarensi.

(2) Sane successum istum in historia et oeconomia divina Religionis Christianae tam insignem, antequam quis insaniendo auderet

Constat itaque ex ipsorum Nestorianorum Documentis, atque confessione Romanum Pontificem possidere Primatum, Petro a Christo Domino collatum, in universam Ecclesiam.

---

in dubium revocare, deberet primum universae omnino humani generis historiae, et eventuum certitudini valedicere. Idcirco nemo umquam ex Orientalibus de illo dubium aliquod habuisse fertur. Nihilominus non pigebit ab ultimis hisce nostratibus nonnullos testes, praeter supra c. 1. obiter relatos, speciminis instar, audire.

I. Sit primo loco Officium festi Petri et Pauli, jam laudatum: In ܡܫܚܬܐ h. e. Responsoriis (quae sunt e Narsetis carminibus excerpta et Juris Ecclesiae Chaldaicae, ejusque Cultus facta), sic canunt Chaldaeo-Nestoriani: ܟܕ ܡܫܟ ܢܝܪܐ ܕܐܪܝܐ ܒܐܪܥܐ ܕܢܦܩܘܢ ܠܟܦܐ ܘܠܦܘܠܘܣ. ܦܩܕܘܢ ܡܢܗ ܕܢܬܒܛܠ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܩܘܡܩܡܐ ܕܢܬܥܒܕ ܠܬܪܝܢ ܚܒܝܒܐ ܕܢܬܩܛܠ ܠܬܪܝܢ ܐܚܐ ܕܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ. « Nero instar Leonis rugiit ad terrendos Petrum et Paulum; at ipsi duxerunt illum veluti culicem per aëra tinnientem: jussit audacissimus et exesecrabilis Nero interfici duos fratres carissimos, Petrum et Paulum. »

Iterum in eodem Officio canunt ܦܛܪܘܣ ܪܫܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܥܠܡܐ ܘܦܘܠܘܣ ܡܠܦܢܐ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠܘ ܒܟܠܝܠ ܡܢ ܢܝܪܘܢ ܒܪ ܢܝܪܘܢ. « Petrus Princeps Apostolorum Ecclesiae Sator; et Paulus Gentium Doctor, qui Romae coronati fuere per manus Neronis. » Rursus de Petro solo ܦܓܪܗ ܕܐܬܩܒܪ ܒܟܢܝܫܬܐ ܕܪܘܡܐ ܪܒܬܐ ܕܗܘܐ ܗܢܘܢ ܡܢ ܩܪܝܢ ܠܥܠܡ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ܒܟܢܝܫܬܐ ܕܪܘܡܐ ܪܒܬܐ ܕܗܘ ܐܝܟ ܡܢ ܩܪܝܢ ܠܥܠܡ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ܒܟܢܝܫܬܐ ܕܪܘܡܐ ܪܒܬܐ ܕܗܘ ܐܝܟ ... ܡܢ ܩܪܝܢ ܠܥܠܡ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ... « Corpus ejus depositum fuit, cum honore, in Ecclesia, in Magna Roma, estque, ibidem, scaturigo auxiliorum. »

II. In calce Constitutionum seu Synodi I. Apostolorum, ubi agitur de dispensatione Doni, cum impositione manuum, Sacerdotii, quod accepit unaquaeque Regionum ab Apostolis, haec legimus de B. Petro ܕܒܟܝܠ ܪܒܐ ܕܒܥܠܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ܒܟܢܝܫܬܐ ܕܪܘܡܐ ܡܢ ܩܪܝܢ ܠܥܠܡ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ... ܡܢ ܩܪܝܢ ܠܥܠܡ ܕܥܡܡܐ ܕܐܬܟܠܠ ... ܕܒܟܝܠ ... « Petrus Princeps Apostolorum Ecclesiae Sator; et Paulus Gentium Doctor, qui Romae coronati fuere per manus Neronis. » Rursus de Petro solo ... « Corpus ejus depositum fuit, cum honore, in Ecclesia, in Magna Roma, estque, ibidem, scaturigo auxiliorum. »

§. II.

Nunc ad directa ac positiva documenta veniamus idem comprobantia.

Et Primo loco: audiamus S. Ignatium Martyrem Episcopum Antiochiae, et totius Orientis tunc re, etsi non

---

ܠܒܪܝܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܘܟܠܗ ܣܘܪܝܐ ܘܩܠܝܩܝܐ ܘܓܠܛܝܐ ܥܕ ܦܢܛܘܣ ܡܢ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܕܣܝܡ ܐܣܬܘܢܐ ܕܥܕܬܐ ܗܘ ܘܫܠܝܛ ܗܘܐ ܘܡܬܩܢܐ ܒܗ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܠܪܘܡܐ ܥܠ ܥܢܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܩܣܡܐ ... ܩܒܠ ܠܪܘܡܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ... ܩܛܠ ... ܩܛܠ ܠܫܡܥܘܢ ܩܣܡܐ ... ܩܛܠ ܠܦܘܠܘܣ ... ܩܛܠ ܠܫܡܥܘܢ ܩܐܦܐ (ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܕܥܠܝܬܐ).

« Accepit manum Sacerdotii Apostolorum Antiochia et tota Syria, et Cilicia et Galatia usque ad Pontum a Simone Kepa, qui posuit fundamentum Ecclesiae illius, et functus fuit sacerdotio et ministerio ibidem usque ad tempus, quo ascendit Romam causa Simonis Magi... accepit manum Sacerdotii Apostolorum Roma Urbs et tota Italia, et Hispania, et Britannia, et Gallia cum ceteris aliis Regionibus circumdantibus, ab eodem Simone Kepa, qui illuc profectus erat Antiochia et factus Antistes, et Moderator in Ecclesia ab Ipso ibidem aedificata... Paulum... occidit Nero gladio, qui et Simonem Kepam (occidit).»

III. Salomon Bassorae seu Prath-Maisanae Metropolita Nestorianus, an. 1222. Clarus, in cap. 48. Operis Aramaico-arabici «Apis» inscripti, ubi de Apostolorum Vitis, scribit ܫܡܥܘܢ ܕܡܢ ܒܝܬ ܨܝܕܐ ܗܘ ܕܫܒܛܝ ܘܐܬܐ ܠܐܢܛܝܟܝܐ ܘܩܡ ܒܗ ܥܕܬܐ ܕܢܨܪܝܐ. ܘܦܠ ܠܬܡܢ ܫܢܬܐ ܕܚܕ. ܘܐܬܐ ܕܗܘ ܐܝܟ ܕܬܠܡܝܕܝܗܝ ܩܪܝܢ ܡܫܝܚܝܐ... ܘܡܢ ܗܢܘܢ ܐܬܐ ܠܪܘܡܐ. ܘܡܢ ܩܕܡ ܗܢܘ ܫܢܬ ܫܒܥ. ܘܗܘ ܡܨܠܒ ܠܫܡܥܘܢ ܩܐܦܐ ܕܗܘ ܐܦ ܗܘ ܫܠܝܚ ܠܬܡܢ ܕܐܢܛܝܟܝܐ ܘܒܢܐ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܠܟܠ ܩܕܡܝܐ. ܘܡܢ ܗܢܘ ܫܢܬ ܫܒܥ ܘܫܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܢܪܘ ܩܛܠ ܠܫܡܥܘܢ ܩܐܦܐ (ܡܢ ܒܝܬ ܨܝܕܐ ܕܓܠܝܠܐ ܕܢܦܬܠܝ).

« Simon, qui de Beth-Saida erat e Tribu Naptali. Hic praedicavit primum Antiochiae, ubi et Ecclesiam aedificavit omnibus Ecclesiis antiquiorem ... in qua unum annum commoratus est. Ibi discipuli dicti sunt Christiani. Inde petiit Romam, ubi mansit viginti et septem annos; et Nero affixit eum cruci, capite inverso. »

IV. Consonat Bassorensi, in altera fere Chaldaeorum Ecclesiae extremitate, ejusdem coaevus, Nisibenus Metropolita, Jesujabus, in

nomine, Patriarcham, in Epistola sua ad Romanos. Interea notandum duco: istud testimonium non ideo affero quia Syriace seu Chaldaice habetur, et est antiquissimum; neque ideo, quia de iis Patribus est Ignatius qui

---

lib. Adv. Sectas, Par. 2. c. 8. arabice scribens... شمعون الصفـــا تلمذ الشام وانطاكية ورومية واصفانية . . . ومضى الى النواحى المشرقيّة . ثمّ انهُ استبطأ مكثهُ فى تلك البلاد . . . واودع فى بيعتنا المنى الروحانيّة . وودّعها وسار الى نواحى رومية (ايشوعياب مطران نصيبين)

« Simon Kepa docuit Syriam, Antiochiam, Romam, et Hispaniam... Et abiit in partes Orientis, in quibus tamen diu manere noluit...: sparsoque in Ecclesia nostra (Chaldaeorum videlicet) semine spirituali, eandem dimisit, et Romam versus se contulit.

V. Amrus Matthaei filius Tyrhanensis ([a]), historiographus initio saec. XIV. Clarus, Maris Salomonis Assyrii saeculi XI. Scriptoris pene exscriptor, et ipse, ab aequali fere suo Silva (Cruce) Joannis filio Mausseliensi, exscriptus, in libro *Turri*, de B. Petro, quem in lect. 4. Fund. 3. appellat فطروس رئيس الزمرة السليحيّة . واساس البيعة المسيحيّة

« Principem Coetus Apostolici, et Basim Ecclesiae Christianae » in part. 5. Fund. 1. sic arabice enarrat شمعون الصفا توجّه الى رومية وتلمذ الناس فيها ونصّرهم . واهلك سيمون الساحر وطهّر الارض منهُ . ومكث فى التلماذ خمسًا وعشرين سنة . ثمّ صلبهُ قيصر منكّسًا الى اسفل فى ٢٩ من شهر حزيران . وفى مثـــل اليوم الذي صُلب فيهِ فطروس قتل نيرون ايضًا لفولوس بالسيف . وفى هذا اليوم يُعمل تذكارهما فى كلّ عام (عمرو بن متّى او هو صليبوا الموصلىّ)

« Simon Kepha se contulit Romam, et ibi praedicavit et docuit gentem, et Christianam eam fecit. Disperdidit etiam Simonem Magum, et mundavit terram de illo. Commoratus vero est in prae-

---

([a]) De isto Amro, et quid sentiendum de opere illi adscripto, et quid de Sliva Maussulano vide adnotanda in App. I.

et in Oriente et multo ante Nestorii haeresim, atque Chaldaeorum a reliqua Ecclesia Orientis a catholica separationem, vixerit, ideoque Nestorianis acceptissimus ac nullimode suspectus esse debet: si enim ita agerem, tum

---

dicando et docendo viginti et quinque annos; tum cruci fixit eum Caesar, capite inverso, die 29. Junii. Porro eadem die, qua cruci fuit Petrus affixus, interemit Nero Paulum quoque gladio. Hac igitur die fit commemoratio amborum, omni anno. »

Interim praestat animadvertere: quosdam ex historiographis Nestorianis illud (1. Petr. c. 5.) *Salutat vos Ecclesia quae est Babylone* literaliter de vera et proprie dicta Babylone Chaldaeorum intelligentes, in eam abiisse sententiam (quam e Recentioribus, Erasmus, Basnagius aliique, diverso tamen fine, tenuere), ut memoriae prodiderint: B. Petrum in intervallo illo 25. ferme annorum, quibus Episcopatum Romanum gessit, iter fecisse in Orientem, et omnes fere novas ibidem Ecclesias visitando (certe uti totius Ecclesiae Pastorem) Babylonem quoque petiisse, et inde suam illam scripsisse Epistolam. Jamvero, quidquid sit de hujusmodi sententia, qua Chaldaei gloriantur et *Petrum* enumerare inter suos primos Apostolos, illud est heic sedulo perpendendum et urgendum: eosdem Scriptores Nostrates, qui hoc tradunt, ipsos, eodem tempore et loco, subjungere: Petrum Babylone relicta, cito Romam regressum, ibique morantem usque ad finem, demum martyrium subiisse. Sic, inter ceteros, modo laudati Jesujabus Nisibenus Metropolita, et Pseudo-Amrus Matthaei filius.

VI. Accedat ultimo, analogiae gratia, unius e Mohammedanis historiographis, et quidem ceterorum, quod ego sciam, antiquissimi, qua aetate isti Nestorianorum intimi et admiratores fuere, testimonium. Al-Massudius in libro inscripto « Prata Auri et Fodinae Gemmarum » مروج الذهب ومعادن الجوهر vera falsis, de more, commiscens, scribit: وقُتل بطرس وبولص بمدينة رومية . . . ثمّ ملك قلوديوس اربع عشرة سنة برومية . وهذا اوّل ملكٍ من ملوك الروم شرع فى قتل النصارى واتباع المسيح عليهم السلام . وقيل انّ فى ايّامه قُتل بطرس وبولص وصلبا منكوسين . . .

ثمّ كان لهما بعد ذلك بناء عظيم . وذلك بعد ظهور النصرانيّة برومية . فجعلا فى خزانة من بلّورٍ فهما على ذلك بمدينة رومية

non parum a scopo huius Opellae meae discederem; tum in infinitum prope abire viderer: sed propterea quod 1. Ipsi libenter fatentur Nestoriani se Ecclesiamque suam inde a primordiis Christianismi ab Episcopo Antiocheno ceu Patriarcha pependisse ; ab eoque Primates suos et Catholicos (1) seu Seleuciae ac Ctesiphontis *Archiepiscopos* (2)

فى بعض الكنائس الى هذه الغاية . واكبر من عنى بأخبار العالم وسير ملوكهم وتاريخهم يذهب الى انّهما قُتلا برومية فى القتل الخامس . . . .

ثمّ ملك الروم نيرون ويقال انّهُ قُتل فى ملكهِ بطرس وبولص برومية . (نصّه المسعوديّ)

« Et interfecti sunt Petrus et Paulus in Romana Urbe..... Et regnavit Claudius quatuordecim annos Romae, et ipse est primus inter Romanos Imperatores, qui coepit interimere Christicolas et Christi discipulos, quibus pax. Dictum quoque est: eodem imperante, occisos fuisse Petrum et Paulum, et crucifixos, capite inverso..... Factum autem fuit ipsis, postea, aedificium magnum, nimirum post Christianae Religionis promulgationem Romae, et reconditi fuere in monumento crystallino, ubi ita jacent, in civitate Romae, in quadam Ecclesia, ad haec usque tempora. Optimae vero notae Auctores, qui Annales Mundi et vitas historiasque Imperatorum illorum (Romanorum scilicet) conscripsere, existimant illos (Petrum nimirum et Paulum) Romae fuisse, in Quinta Caede, interfectos. »

Itaque triplicis generis Documentis, hoc est, Liturgicis, Canonicis, et historicis, demonstratum est: Traditionem de Veritate profectionis B. Petri in Romanam Urbem hujusque Episcopatus ab eodem gubernati usque ad ejusdem obitum martyrio comparatum, apud Chaldaeos numquam non jugem, nulloque umquam dubio obnoxiam fuisse.

(1) *Catholici* nomine appellatur Chaldaeorum seu Orientalium Archiepiscopus Seleuciae et Ctesiphonte sedens, in Synodis orthodoxis Isaac: an. Ch. 410, et Dadjesu an. 423 et alibi; et vox est graeca indicans Episcopum magnum et Procuratorem Generalem, in ea parte exsistentem, magni totius Orientis Moderatoris, Antiochiae scilicet Antistitis. Adisis Georg. Arbel. Tract. 2. c. 6.

(2) Sic Sozomenus l. 2. c. 9. appellat S. Simeonem martyrem AR-

solitos fuisse ordinationem accipere suam, quo usque potuerant id sine periculo ab infidelibus facere (1). — Et quod 2. Ipse Ignatius locum insignem obtinet apud Nestorianos, ut Pater et Doctor Ecclesiae (2). — Et quod 3. Epistola Ignatii, de qua mox, exstat in actis genuinis ejusdem Martyrii in manuscripto Chaldaico-Nestoriano, ut documentum magni ab iisdem faciendum (3).

Modo ad ipsum testimonium Epistolae Ignatianae ad Romanos. S. Episcopus et Martyr sic Epistolam exorditur: «Ignatius Deum indutus, illi, quae magnificata est magnitudine Altissimi, et Jesu Christi Ejus Filii Unigeniti, Ecclesiae dilectissimae atque illuminatae per voluntatem Dei qui omnia ligat et solvit, et per charitatem Jesu Christi Dei nostri; *quae possidet Sedem principalem in Regione Romae,* quae digna exsistit Deo, et digna splendore Ejus, et digna Beatitudinibus, atque laudatione, et digna Puritate, *quae sedet in sessione primaria* Charitatis in Lege

---

CHIEPISCOPUM seu Primatem Seleuciae et Ctesiphontis, pro ea aetate in qua, nomine Patriarchae nondum usurpato, nomen Archiepiscopi Primati vel *Catholico* respondebat.

(1) Id, prae ceteris, tradunt Georgius Arbelensis in Declaratione Officiorum Ecclesiasticorum Tract. 2. c. 6. et Epitom. Sobens. t. 2. par. IX. c. 1. et 5.

(2) Sic singulari modo laudatur apud Amrum Matthaei sive Marim Salomonis in Turri, et Jesudadum Episc. Hadathensem in Comment. N. T.; sed accipe quae in Pontificali ad Ritum Tonsurandi Monachos canunt Nestoriani ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܡܪܝܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܡ

Christi....» Et infra « Non sicut Petrus et Paulus praecipio vobis: isti enim erant Apostoli... » (M.1.). Et prope finem, ait « Mementote in oratione Ecclesiae Syriae, cui pro me est hodie Pastor Deus Jesus Christus solus: Sit illi charitas vestra inspectrix » (M. 2.).

(M.1.) En textus chaldaicus seu syriacus :

ܗܘܝܢ ܕܠܐ ܟܐܦܐ ܘܦܘܠܘܣ ܡܬܬܟܢܝܢܢ ܠܟܘܢ ܠܡܬܝܡܐ ܗܢܘܢ ܫܠܝܚܐ ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܐ ܡܦܩܕ ܠܟܘܢ ܕܢܗܘܐ ܚܘܒܬܟܘܢ ܡܫܪܝܐ ܠܗ ܠܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܕܗܘ ܡܪܝܐ ܕܠܒܢܝܢ

Porro retinendam esse versionem hanc chaldaicam Epistolae Ignatianae, vimque argumenti, ex ejusdem verbis, uti jacent, aliquando, deducti, pro Ecclesiae Romanae primatu, pretia magna habere, saltem ad Chaldaeo-Nestorianorum mentem, quibus Epistola haec, uti legitur, recepta est, et adscribenda, secundum rei ipsius naturam, et jam praenotata, nulli dubium.

Jamvero ex istis verbis; scilicet « quae possidet Sedem principalem, in Regione Romae » evincitur Ecclesiae Romanae Primatus: A) non tantummodo honoris sed praecipue jurisdictionis: B) Primatum ejusdem universalem non localem.

Ad A) itaque dico 1) id postulat mens ipsius humillimi Ignatii, qui Christi effata humilitatem docentia tum noverat, tum docebat, tum custodienda apprime ubique satagebat: ut nempe in humilitatis exercitio esset primus, qui ad unitatem et ordinem servandum in Auctoritate Ecclesiastica in primo loco esset positus, aliter quam quod apud gentiles et infideles solet evenire. Nulla igitur in mente tanti Sancti cogitari licet, ac multo minus tam magnifice exaltari, praesidentia, quae esset aliena a mente Christi Ecclesiae fundatoris, et non ad utilitatem ejusdem Ecclesiae instituta (1).

2) Idem ostenditur ex eo quod vox praesidere, seu praesidentia προκάθηζειν nuspiam apud Scriptores ecclesiasticos ad Ignatii saltem aetatem, ni fallor, ad honoris praecellentiam solum designandam, exclusa potestate, fuit usurpata.

3) Idipsum liquet ex analogia loci paralleli Irenaei, Ignatii coaevi ac fere discipuli (ut fuit Polycarpi), qui similem locutionem « potioris nempe principalitatis » Ecclesiae Romanae tribuens (lib. 3. c. 3. Advers. Haere-

---

(1) Apertum enim est in Ecclesia Christi primatum honoris attributum esse et sequelam primatus jurisdictionis, et fere numquam, prima aetate, honorem sterilem praesulibus sacris attribui sine auctoritate.

ses) de veri nominis potestate agit, ut videbimus rursus infra (1).

4) Idem comprobatur ex verbis parallelis subsequentibus in ipso exordio ejusdem Epistolae, ubi Ignatius Ecclesiam Romanam continuo collaudans, ait « quae sedet in sessione primaria charitatis in Lege Christi » quae sane exprimunt primatum jurisdictionis in Christi Religione, quae est lex Charitatis, et in charitate, pro regimine animarum, est fundata. Praeterea praesidere in *Lege Christi* quid aliud sibi vult nisi primatum potestatis habere in *Ecclesia* seu in regno sive *Religione Christi?* Profecto habere primum locum in Lege, et auctoritate carere inter sese pugnant.

Modo ad B): scilicet quod verbis Epistolae Ignatianae universalis in Ecclesiam potestas Romanae Sedis, non localis tantum, agnoscatur; quod sequentes suadent rationes:

1) Ex eodem supra citato parallelo loco s. Irenaei, qui ad « potiorem principalitatem Romanae Ecclesiae » ita appellat, ut asserat inde « ad illam necesse esse omnem convenire Ecclesiam, hoc est: eos qui sunt undique fideles. »

2) Quia illud *in Regione Romae* indicat manifeste *locum centralem* non *extensionem* praesidentiae.

Probatur a) quod aliter non cohaereret sensus horum verborum cum subsequentibus adeo absolute dictis, sci-

(1) Sane epistola haec Ignatii ad Romanos familiaris erat Irenaeo, qui ejusdem operis Adv. Haereses lib. V. c. 28. (Edit. Massu. fol. Par. 1710 p. 327) eam citat. Etenim S. Irenaeus Apostolicorum temporum vir, discipulus Polycarpi, certe S. Ignatium vidit ejusque legit Epistolas; Ignatius enim Episcopus Antiochiae discipulus fuit S. Joannis, et S. Polycarpi condiscipulus et amicissimus. At S. Irenaeus a S. Polycarpo Lugdunum missus et episcopus factus, et contra haereses libros suos conscripsit circa annos CLIII. et CLXII. Ignatius autem martyrium subiit circa annum CXII. cujus ad Rom. epist. ex c. IV. allegat Irenaeus, ut modo dicebam, in libr. cit. c. 28. aiens « quemadmodum quidam de nostris dixit propter martyrium in Deum adjudicatus ad bestias — quoniam frumentum sum Christi, et per dentes bestiarum molor, ut mundus panis Dei inveniar — » (Videsis Cureton « Corpus Ignatianum » pag. 158).

licet hisce « quae sedet in Sessione primaria charitatis in Lege Christi » quae verba sane tam late patere ostendunt potestatem Ecclesiae Romanae, quantum ipsa Lex Charitatis, seu Religio Christiana. Probatur

b) Quia alioquin, intelligendo scilicet verba illa de praesidentia locali, ineptus sensus redderetur; — Primo quidem si de ipsa Ecclesia Romana intelligerentur, in quo casu, idem esset ac dicere: Ecclesia Romana praesidet in Ecclesia Romana; — Secundo vero non minus insulse, ea de Ecclesiis parvis adjacentibus exponerentur: tum quia id omnibus Ecclesiis Matribus et magnis est commune, et non erat cur Ignatius adeo solemniter et magnifice de ea auctoritate communi et obvia loqueretur: tum quia contrarium evincitur ex more Ignatii, qui, si de huiusmodi auctoritate Ecclesiae Romanae insita in adjacentes Ecclesias, voluisset ibi mentionem facere, per verbum προκάθηζειν *praesidere,* idem fecisset et aliis Ecclesiis scribens, praesertim Ephesinae et Smyrnensi, quae plures Ecclesias, pari supposita primatiali auctoritate, tunc et deinceps regebant. Quod quum ibi non fecisset, at soli Ecclesiae Romanae id attribuisset, inferendum huius Ecclesiae potestatem seu praesidentiam ab Ignatio assertam, oecumenicam esse non topicam. Probatur

c) Ex verbis illis « sit illi (Ecclesiae Syriae) charitas vestra inspectrix, » deficiente nempe Episcopo illius: Ubi inspectio in sensu auctoritativo est accipienda, secus nihil juvisset pro bono fidelium in absentia Episcopi; neque tunc nota erat, quam excogitarunt neoterici de primatu simplicis inspectionis ac directionis idea. *Charitatem* vero ubique pro *potestate* usurpat piissimus Joannis, Charitatis Apostoli, Alumnus.

Hisce rationibus omnibus, ad verum sensum locutionis Ignatianae explanandum, lux et robur accedit ex aliis ejusdem sancti verbis, ubi dicit Romanis « non sicut Petrus et Paulus praecipio vobis etc. » hoc enim evidenter alludit ad adventum Petri Romam, ejusque in illa Sede Episcopatum.

Quod probatur *a*) quia si Petrus in sensu Ignatii non intelligatur Romam venisse, nullo modo verum fuisset sua ipsum Romanis dedisse praecepta: nullam enim Epistolam ad Romanos misit; sensus vero verborum hic est: non sicut Petrus et Paulus praecipiebant vobis ego praecipio.

b) Probatur ex concomitantia: Constat enim Paulum Romam venisse, ibique praesentem fideles illos alloquutum etc.; quum igitur, hoc loco, in hoc munere, cum Petro coniungatur, Ignatio Auctore, inferendum et ipsum Petrum in Urbe praesentem ministerio verbi functum fuisse.

c) Nec secus ulla conciperetur ratio sufficiens qua dicatur Petrus cum Paullo fuisse Romanorum praeceptor, prae ceteris omnibus Apostolis.

d) Idem analogia historica evincit: ubique enim in historiis et monumentis antiquis, quando uterque Apostolus coniunctim commemoratur vel describitur, ibi et de utriusque simul habito Romae Apostolatu et martyrio mentio vel repraesentatio exhibetur. Ergo et Ignatius de utroque loquens, et quidem cum Romanis, ad utriusque quoque in Urbem adventum necessario allusisse dicendus.

Proinde ex eadem analogia, et supposito principatu Petri, ejusque in Urbe stabilita cathedra, ac usque ad obitum gubernata, hisque omnibus cum modo citis ac dilucidatis ex eadem Epistola de Romana Ecclesia collatis, inconcussum exsurgit inde, maxime vero quatenus praedictum Documentum a Nestorianis retinetur ac recolitur, pro ejusdem Ecclesiae primatu universali jurisdictionis Argumentum.

§. III.

In Officio memorato Divino Dominicarum ac Festorum mobilium, pro Anni Circulo, opera Jesujabi Adjabeni ordinato, in Dominica III. Sanctificationis seu Dedicationis Ecclesiae, Antiphona canenda ante partem secundam officii, quae Sessio dicitur, sic se habet:

« Dicit Roma in saecula saeculorum (duratura) aedificata est Ecclesia, quae non vincetur a Regibus neque a Potestatibus » (B.4.).

Est haec brevis paraphrasis Divini Oraculi, Matth.16. 18, qua Ecclesia Chaldaica, sublata metaphora orientali, ponit pro « Portae Inferi » « Reges et Potestates; » tum ad celebrandam stabilitatem Ecclesiae super Petram exstructae, effectum loco causae sumens, illam ad saecula saeculorum seu in generationem generationum h. e. in aeternum duraturam, aedificatam praedicat; denique pro « Simon Barjona » ejusdem Cathedram personificans, Romam seu Ecclesiam Romanam loquentem et testificantem traducit.

Quae sane mirifice consonant duobus, prae ceteris multis, quae parallela habentur item in officio divino ipsorum testimoniis.

Et primum quidem in Comm. BB. Petri et Pauli, ubi sic eadem Ecclesia Chaldaica canit « Hic est Sanctus Simon, super quem fixum fuit fundamentum Ecclesiae, quam non vincent Reges neque Tyranni » (2).

Alterum est illud a nobis jam laudatum (3), quod non pigebit iterum audire « Beata es, celeberrima Roma, Sponsi Caelestis Ancilla, in qua, ceu in portu, positi reperiuntur duo veritatis praecones, Petrus, scilicet, ille Apostolorum Princeps, super cujus firmitatem aedificavit Salvator noster Ecclesiam suam fidelem, et Paulus electus etc. »

Hisce, itaque, tribus inter se collatis testimoniis, peremptorium exsurgit ex Nestorianorum confessione, pro

---

(B.4.) En textus chaldaicus:

ܐܝܟܐ ܕܡܬܩܝܡܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܬܪܗ ܗܘܬ : ܠܐ ܢܫܬܠܛܘܢ ܥܠܗ ܡܠܟܐ
ܘܠܐܦܝܣܩܘܦܐ. (ܡܫܒܚܐ).

(2) Idem documentum jam adduxi supra, c. 1. n.III. cum textu chaldaico.

(3) Supra, c. 1. n. II. cum textu chaldaico.

Romanae cathedrae et Ecclesiae primatu, argumentum. Eorundem quippe de Ecclesia Romana sentiendi atque *credendi* ratio, ex ipsorum perpetua ac solemni *orandi* ratione evidens apparet. Unde, ni velimus asserere sacrum hymnographum et universam Ecclesiam chaldaicam ineptum quid, et sensu destitutum, adeo solemniter quotannis cantitare, sic est antiphona illa intelligenda quasi diceretur: Ecclesia Romana Petri cathedram possidens, ejus jurium heres, omniumque Ecclesiarum Matrix et Mater exsistens, vel, quod idem est, Petrus in sua Cathedra vivens, proclamat: Ecclesiam super se a Christo aedificatam, utpote super Petram immobilem, minime victum iri a Portis Inferi, seu ab ulla potestate inimica, in saecula saeculorum.

Profecto, hoc modo, tum ipsa verba comprehenduntur, tum Auctoris scopus attingitur, tum allusione, quae manifesta est, bene percepta, locus iste et cum oraculo Matthaei, et cum solemnitate Commemorationis Ecclesiae Fundationis (sive Dedicationis), et cum allatis parallelis locis mirum in modum cohaeret, ex hisque omnibus explicatur. Scilicet pone primatum Ecclesiae Rom., Petrique Apostoli in ejusdem Episcopos transfusum principatum, et haec omnia optime consistunt et intelliguntur: Aufer eundem primatum; et ecce omnia confusa et inintelligibilia. Equidem juxta allata testimonia, in sententia Nestorianorum, semper, et hodie, Roma indefectibilitatem et triumphum sui et Ecclesiae universalis, super omnes hostes et haereses, vi divini oraculi, fidenter proclamat: semper et hodie se possidere, ceu in portu securitatis ipsum B. Petrum ejusque Cathedram Veritatis, super quam aedificata est Ecclesia, cum juribus ejusdem in perpetuum a Christo concessis, humiliter profitetur: semper, et hodie est celeberrima et perbeata, adeoque ab omni naevo et errore immunis: semper, et hodie etiam est Ancilla carissima Christi, utique fidelissima et tanto Domino, vel potius Sponso dignissima. Haec ita sunt. Atqui in absurda Primatus Romanae Sedis inimicorum hypothesi, non illa esset, ullo

modo, talibus ac tantis dotibus, laudibus, nominibusque ornata, neque digna; sed contra, exsecrandae imposturae ac ambitionis, horrendaeque infidelitatis, immo et spiritualis fornicationis erga Dominum et Sponsum caelestem rea, omnibusque maledictionibus digna exsisteret. Quae satis sint ad argumentum propositum, ex insigni hoc Documento, evolvendum ac dilucidandum.

§. IV.

Timotheus I. (1) qui non immerito vocaretur Magnus, anno Christi 778 Patriarcha Orientalium seu Nestorianorum renunciatus, splendoris atque immensae extensionis sui Patriarchatus laetatus, omnibus sibi ac suis, favore praesertim potentissimorum tunc Chalipharum Imperii Arabici, Bagdadi, quae eius erat fixa Sedes, regnantium, prospere admodum succedentibus rebus, memorabilem scripsit ad Maranzcha (Dominus noster vicit) Ninives Episcopum Epistolam.

I. In hac Epistola totis viribus demonstrare nititur suae Sedi, quam ceterum non negat numero et gradu inter patriarchales habendam, vel saltem usque tunc habitam, quintam, primum esse dandum locum *antiquitatis* saltem et *honoris*. Dixi *antiquitatis* et *honoris;* nisi enim velimus supponere, tantum Patriarcham insipienter, et cum manifesta sibi ipsi contradictione, jurisdictionis etiam primatum super ceteras Sedes suae Sedi vindicare conatum fuisse, ita saltem restringenda et interpretanda sunt ejus verba et mens. Porro nihilominus, in actu ipso argumentationis non dubitat aperte adstruere et confiteri primarium et principalem gradum Sedi Rom. propter Petrum.

Placet verba eloquentissima huius Antistitis paullo fusius exhibere. Ait, igitur, in praefata epistola..... « Quod autem Christus secundum carnem ex nobismet apparuerit sic demonstramus: Si enim Christus in carne

(1) Iam citatus c. 1. n. VI.

apparuit ex David, David autem filius Abrahae, Abraham autem de nobis orientalibus (1), et de Oriente est, manifeste liquet: Christum secundum carnem ex Oriente et ex Orientalibus esse. Fons igitur vitae Christianismi ex Orientalibus apparuit, et scaturivit, et ex nobis distributus quatuor capitibus fuit.... *Si enim Romae propter Petrum Apostolum Ordo primus et principalis custoditur,* quanto magis propter Petri Dominum Seleuciae et Ctesiphonti (2)? et si ordo primus et gradus debetur iis qui ante omnes credidere, et confessi fuere Christum, nos certe Orientales ante omnes credidimus et confessi sumus Christum, probationemque fidei nostrae solemniter praebuimus, missis scilicet Legatis nostris duodecim (3), qui, stella duce, iter fecerunt; et muneribus quoque illis, quae Ipsi obtulimus... » (E. 2.).

---

(1) Notum est Nestorianos et veteres Chaldaeos, in libris praesertim ecclesiasticis, se simpliciter, ubique, appellare Orientales.

(2) Sedi, nimirum, quam primum Primatialem, dein Patriarchalem dignitatem obtinuisse tradunt Orientales ipsi, et alii, propter Thomam Apostolum, et Marim ex septuaginta, et vi concessionis Occidentalium, et canonum Synodorum, maxime eorum, qui Nicaenae adscribuntur. Haec vero praeter ea, quae heic Timotheus, ultra modum, vult eidem Sedi suae vindicare.

(3) De SS. Magis loquitur, quos nostrates tradunt fuisse duodecim.

(E. 2.) Accipe textum originalem chaldaicum:

ܗܘܝܢ ܕܒܝܬ ܕܐܒܪܗܡ ܕܐܒܪܗܡ ܡܢ ܕܝܠܢ ܡܕܝܢܚܐ ܗܘܐ ܘܡܕܝܢܚܐ ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܦܪܨܘܦܐ ܡܬܝܕܥ ܗܘܐ ܡܢ ܗܢܐ ܢܒܥܐ ܕܚܝܐ ܕܡܫܝܚܝܘܬܐ ܐܬܓܠܝ ܘܐܬܦܪܫ ܘܡܢ ܕܝܠܢ ܐܬܦܠܓ ܠܐܪܒܥ ܪܫܐ ܕܡܫܬܡܫ ܐܝܟ ܕܐܦ ܒܪܘܡܝ ܡܛܠ ܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ ܡܛܪܢܝܬܐ ܢܛܪܝܢ ܗܘܝܢ ܕܫܘܠܛܢܐ ܕܣܠܘܩܝܐ ܘܠܩܛܝܦܘܢ ܘܐܢ ܪܫܐ ܘܕܪܓܐ ܡܬܝܗܒ ܠܐܝܠܝܢ ܕܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܗܝܡܢܘ ܘܐܬܘܕܝܘ ܕܡܫܝܚܐ ܢܚܢܢ ܕܡܕܝܢܚܐ ܗܘܝܢ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܗܝܡܢܝܢ ܘܐܬܘܕܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܘܡܬܩܝܡܝܢ ܗܘܝܢ ܕܫܠܝܚܐ ܕܡܬܪܢܝܬܐ ܕܢܛܪܝܢ ܗܘܝܢ ܕܫܠܝܚܐ ܕܐܙܠܘ ܒܐܪܘܚܐ ܕܟܘܟܒܐ ܘܠܩܛܝܦܘܢ ܘܐܦ ܒܡܬܢܬܐ ܕܐܢܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܡܛܠ ܕܝܠܢ ܐܬܦܠܓ ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܒܪܘܡܝ ܡܛܠ ܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ ܡܛܪܢܝܬܐ

Videsne quomodo Timotheus, hoc loco, licet ad propositum sibi scopum maxime contulisset Primatum Sedis Romae, si potuisset, quoquo modo, negare vel infirmare, ad suae Sedis privilegium *primi loci* facilius suadendum; attamen veritate, et Ecclesiae suae majorumque adactus perpetua sententia ac traditione, illum fatetur, et custodiri, atque custodiendum religiose asserit, haud dubio, in universa Ecclesia, omnique tempore? Hoc autem, subjungit ipse, non esse ex humana institutione, sed propter B. Petrum, qui scilicet Romae cathedram fixit suam, Principatumque successoribus suis religavit.

II. Alterum Timothei testimonium conservavit nobis Benattibus Bagdadensis, qui in suo Nomocanone arabico, ubi de electione et consecratione agit Episcoporum, posteaquam de Synodo Mar-Abae disseruisset, praefati Patriarchae allegat Epistolam ad Principem fidelium in India, ubi de auctoritate praesertim Patriarchae in subjectos Metropolitas et Episcopos agens dicit (E. 3.): « Si Me-

---

ܘܟܬܒ ܡܢܝ ܟܝܡ ܕܢܬܢ ܡܬܪܢܝܬܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܝܡ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܪܝ ܐܒܠܐ ܒܫܢܬ ܚܡܫ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ
ܫܢܐ ܕܡܢ ܟܬܒ ܠܫܠܝܡ ܕܡܬܩܪܒ ܐܠܝܗ ܫܢܐ
ܕܡܢܝܢ ܠܗ .... (ܐܝܟ ܕܐܡܪ).

(E. 3.) En textus arabicus, uti habetur in Cod. Vatic., inter arabicos, num. 153. pag. 197. إنّه متى تمّ للمطران أن يسيمهُ مَنْ دونهُ من اساقفته فليتمّ للقسّان ان يسيموا الاساقفة . والشمامسة للقسان . ويكون الأعلى يخضع للادون ويقف دونهُ . ولكن قانون البيعة يأمر بأن يطيع الادون الأعلى . وتنتهى الطاعة من الكل الى فطرك رومية . فهو القائم مقام شمعون الصفا . وفطرك المدايـن اسياميذهُ من أيدي الفطاركة بتوسّط مطارنته واساقفته على ما

tropolitae licuerit consecrationem accipere a quopiam ex suis Episcopis ipso minore, licebit etiam presbyteris Episcopos ordinare, et Diaconis itidem presbyteros: ac proinde superior deberet se submittere inferiori, et subesse ei. Canon vero Ecclesiasticus praecipit, ut inferior pareat superiori. *Et sic ab omnibus obedientia terminatur in Romanum Patriarcham; ipse enim Simonis Petri* (Petrae) *locum obtinet.* Patriarcha autem Madainae (1) manus impositionem accipit a Patriarchis per proprios suos Metropolitas et Episcopos, sicut affirmant ipsi Patriarchae (2). Si porro illi non dicerent: se per manus illorum (idest Patriarcharum occidentalium) electum ordinare (3), nequaquam eis liceret ordinatio. Ordinatores ergo Madainensis Patriarchae sunt quatuor Patriarchae, non utique ipsius Metropolitae, et Episcopi. Neque ab Episcopis ordinatur Metropolita, neque Metropolitae permittitur ut Metro-

---

على ما قرّروا . ولو لم يقولوا انّهم يسيمونهُ بايدينا لما تمّ لهم الاسيامند . فيكون المسيم لفطرك المداين الفطاركة الاربعة . لا مطارنتهُ واساقفتهُ . ولا من الاساقفة يُسام مطران . ولا المطرانُ لهُ ان يسيم مطرانًا . لأنّ الاعلى هو المانح الرتبة لمن دونهُ لا المثل . فمسيم المطارنة ومتمّم الاساقفة هو الفطرك . (من رسالة طيماثاوس الفطرك الى اركن المومنين بالهند نقلهُ الشيخ ابن الطيب ابو الفرج البغداديّ فى كتابه فقه النصرانيّه)

(1) Sic ab Arabibus Seleucia et Ctesiphon (Sedes Chaldaeorum Patriarchae) appellatur: sonat autem « Civitates. »

(2) De ea loquitur Timotheus, quam Nestoriani vocant Occidentalium ad Orientales, Epistola, de qua multum disputant Eruditi, et Jos. Assem. in Bib. Orient. t. 3. p. 1. a pag. 51.

(3) Alludit ad verba Pontificalis Chaldaeor. in quo Consecratores dicunt: *Permissu Sanctissimorum Patrum nostrorum Occidentalium* etc. Cf. Assem. l. c. t. 1. pag. 10.

politam instituat: quia superiori, non pari, licet inferiori concedere gradum. Ordinatio itaque Metropolitarum et perfectio Episcoporum ad Patriarcham pertinet. » Hucusque Timotheus in praefata Epistola. Jamvero, ut quae ad rem nostram non faciunt omittam, quaedam animadvertenda videntur relate ad Romani Patriarchae primatum, ad illa verba « Canon vero Ecclesiasticus praecipit, ut inferior pareat Superiori: Et sic ab omnibus obedientia terminatur in Romae Patriarcham; ipse enim Simonis Petri locum obtinet ».

Et 1. Doctissimus hic Patriarcha ad vigentem jam disciplinam confirmandam, axioma invocat generale divino-ecclesiasticum: quod nempe quisque inferior suo debeat superiori subesse et parere.

2. Dein, et consequenter, generaliter et absolute affirmat omnes debere Romano Patriarchae parere, utpote omnium superiori.

3. Ejusdem vero supremam asserit exsistere auctoritatem, uti centrum, in quod omnium, ipso utique inferiorum, cujuscumque gradus sint, *terminatur* obedientia.

4. Hanc autem auctoritatem veram esse et jurisdictionis; quoniam de obedientia praestanda agitur.

5. Idque ideo, quia locum Petri Apostolorum Principis et Ecclesiae capitis, obtinet Romanus iste Patriarcha.

6. Proindeque nulli in Ecclesia potestati debet ipse subesse Romanus Pontifex, utpote centrum omnis auctoritatis, et supremus antistes.

7. Hujusmodi vero Romani Patriarchae auctoritas non ex humana repetenda est institutione, aut canone ecclesiastico, sed ex divino jure ob Petri successionem.

Neque obstat quod ipse Timotheus canonem invocet ecclesiasticum ad subordinationem in Ecclesia confirmandam; huiusmodi enim canonem non veluti legem aliquam ecclesiasticam positivam allegat, sed uti regulam et principium. Neque quae de Romano Patriarcha asserit, ex verborum serie, quasi canone Ecclesiastico, saltem speciali, stabilita apparent, Timothei sententia.

Hisce praejactis de vero sententiae Timothei et genuino sensu enucleando, certissimum praeterea est: non omnia, quae per canones et Concilia proclamantur, ea idcirco, illico, positivi juris et ecclesiastici esse habenda, ad exclusionem divini. Hoc enim nimis protenderetur, et ideo nihil probaret. — Quod semel in simili materia, pro regula generali, heic sit dictum. — Alioquin, ut cetera sileam, in hoc loco, oporteret dicere: fidelium erga suum episcopum obedientiam humani esse juris, utpote sequelam, a praeclaro antistite laudati, praefati Canonis.

Est igitur demonstratum ex confessione magni Timothei: Romanum Pontificem gaudere in tota Ecclesia, jure divino, auctoritate suprema jurisdictionis et honoris, uti B. Petri successorem in Sede Romana et in pleno et universali ejusdem principatu.

§. V.

Narses (1) Edessenae primum alumnus, tum Nisibenae Scholae celeberrimae Magister, (saec. Chr. 5.) et a Nestorianis Sancti Spiritus Cythara, Orientis lingua et Christianismi Poeta appellatus, in supra jam allato (2), ex carmine de Pentecoste, testimonio, haec canit et docet, « Princeps discipulorum sortitus est Matrem (seu Metropolim) Civitatum, et in illa, ceu in CAPITE infixit Fidei oculos. »

Jamvero ex sermonis serie liquet: Matrem civitatum Romam esse, et Principem Discipulorum Petrum. In parallelo loco carminis de Evangelistis jam dixerat Narses « Princeps Discipulorum venatus fuit Urbem Principatus » (3). Atqui vi horum testimoniorum infertur : in

---

(1) Non est habendus ut poeta simpliciter, sed uti Poeta Doctor, iste Narses, sicut S. Ephraem, et alii plures Chaldaei seu Syri doctores, qui Doctrinam, carminis arte et illectu, serio tradidere.

(2) In capite primo n. V. ubi et textus chaldaicus.

(3) Et hunc textum habes in citatis cap. et num.

sententia huius scriptoris perpetuo Romam possidere Primatum, et esse Ecclesiam principalem. Ipso enim magistro, Petrus Romae infixit oculos Fidei Christianae veluti in CAPITE. Est igitur Roma CAPUT Christianismi seu Ecclesiae Christi, non quidem precario vel ad tempus; secus OCULI Fidei, quos plantavit, non sine Christi dispositione, Petrus, illo in capite, cessarent esse ibidem. Praeterea corpus Ecclesiae aut restaret, aliquando, sine visibili capite, aut aliud haberet caput, praeter illud a Petro recognitum et confirmatum, quod proinde oculis careret; vel oculi ipsi invenirentur in aliis membris quam in capite; at utrumque absurdum. Stat enim inconcussum, — Petrum oculos Fidei Romae plantasse, ceu in capite, illamque proinde ut caput Ecclesiae consecrasse et proclamasse, — quod aperte verba Narsetis declarare, nullaque commentatione indigere ingenuus quisque videt (1).

---

(1) Quapropter jure meritoque tot tantisque perculsus hujus carissimae Romae laudibus, ornatibus, atque privilegiis, et fide firmissima in D. N. J. C. verbis, ac decreto in aeternum perduraturo, certus, persuasum habui atque prodidi: nullo non tempore, aliquando licet perluctuoso, nobilissimam et almam istam Civitatem, non obstante rerum ad tempus et Ejus longe minorem partem inficiente, perturbatione ([a]), praeterquamquod, ob B. Betri Cathedram et totius Reipublicae Christianae Regiminis divinum Principatum, Ipsa non desinet umquam esse et agnosci Veritatis et Honestatis Orbi Universo, per Summos Pontifices suos Antistites, Magistra, praeter hoc, inquam, Romam, etiam qua Civitas est, publice et quo ad exteriorem formam, modum et exemplum, numquam futuram ut diu in praevaricatione et in malis moribus cernatur vel existimetur versari. Id suadet Pauli testimonium de Romanis ad ipsos scribentis, quod est Oraculum utique perpetuo vim et veritatem prae se ferens ([b]). Id comprobat tot saecu-

---

([a]) Etenim anno 1849. Romae aderam, studiis inde ab an. 1845. in Pont. Coll. Urb. de Prop. Fide vacans, et nonnisi an. 1853. in Chaldaeam ad Gentem meam redivi.

([b]) Ad Rom. c. 1. v. 8. « Fides vestra annunciatur in Universo mundo, v. 9. Testis enim mihi est Deus .... quod sine intermissione *Memoriam vestri* facio etc. »

§. VI.

Elias ex Hierosolymitano Nestorianorum Episcopo Damascenus ejusdem Sectae Metropolita an. Chr. 893. ordinatus, in suo Nomocanone arabico.—

---

lorum historia et experimentum. Idem testatur vox illa Apostolicae Traditionis, et solius veritatis foetus, ab omnique adulationis suspicione aliena Orientalium, imprimis autem Theophori Ignatii, sancti Irenaei et Gentis totius Chaldaeo-syrorum ([a]): Idem apprime expostulat Christi Domini aequitas, misericordia, et Sapientia, qui *Laternam* posuit super septem colles ([b]) novae et aeternae Sion, ad praemonstrandum veritatem et bonos mores iis, qui per procellosum Oceanum hujus iniqui saeculi transvehuntur: Cui, utpote omnipotenti, nihil est impossibile, et omnia fortiter atque suaviter disposita in bonum suarum creaturarum cedunt. Non patietur Christus scandalum pessimum a dilectissima sua Ancilla ([c]) Orbi terrarum praeberi: non patietur lumen OCULORUM ([d]) mundi in tenebras degenerare: non patietur inde doceri, vel solo exemplo et moribus extrinsecis, impietatem et nequitiam, unde *decrevit* in toto Orbe promulgandam, proclamandam et tuendam esse *Pietatem* et *Honestatem*. Haec tamen, utut verissima, nihilominus non est necesse, ut excludant exceptiones aliquas, quamvis personales, quae possunt in Urbe etiam sancta et inter sanctos, cum moerore, conspici; meminerimus enim oportet, nos mortales esse, et de ipso Caelo, et ex Angelorum coetu visum quondam Diabolum cadere: atque in Divini Verbi Collegio proditorem discipulum exstitisse. Aequum ergo judicemus judicium!

([a]) Recole quae de hisce documentis retulimus supra §§. II. III.

([b]) Matth. V. 14, 15, 16. Mar. IV. Luc. VIII. coll. cum S. Iren. Effato (lib. 3. c. 3. Adv. Haer.) de Eccl. Rom. dicentis «Maxima, antiquissima, et OMNIBUS COGNITA a Gloriosissimis duobus Apostolis Petro et Paulo ROMAE fundata et constituta Ecclesia.» Quid enim sibi vult illud *omnibus cognita* nisi quod sit quasi lucerna super montem posita? Porro manifestum est in *re* et in *concreto*, ut aiunt, unum idemque esse *Ecclesiam* et *civitatem Romanam*. Quod, pro regula generali et ab omnibus admissa, semel dictum heic sit.

([c]) Supra §. III. Officium divinum et hymni sacri Chaldaeorum.

([d]) C. 1. n. V. hoc cap. §. V. Narses Coll. cum Matth. VI. 23, et Luc. XI. 34.

I. In canone secundo inter eos, quos post 29 Nicaenos recenset, quosque ait esse regulam inviolabilem, quam

---

Age igitur, O ROMA, quae vere AMOREM significas, affers, et inspiras ([a]); jucundum scilicet et divinum illum amorem, quo sincerus quilibet Regem Regum, in Gloria Patris sedentem, Deum benedictum in saecula, tuum Dominum et amatorem prosequitur: *Amorem* quem suavi concitare vi solent veneranda tua monumenta, inclyti utriusque sexus tui majores, tuorum Pontificum, majestate fulgens, Corona, Martyrum exercitus, sacri Senatus dignitas, Matronarum nobilissimarum pietas, Sanctissimarum Virginum et Monialium agmina Angelica, Templorum decor, divini Cultus splendor, Doctorum praestantia, Evangelicae vitae exempla, scientiarum cunabula, Hospitiorum et Institutorum Charitatis Archetypa, Heroum in Te domicilium, Bonarum artium gloria, Aerumnatorum refugium, jurium et honestatis publicae patrocinium; et alia sexcenta. Utique amor es, Roma, qui inhaeret venerationi in tuum Antistitem sanctissimum, qui meruit fieri Christi Vicarius ([b]) caelum, terram et regnum in potestate habens ([c]) Claves excelsorum et profundorum tenens ([d]) Divinitatis vices, imaginem, et personam gerens ([e]) Thesaurorum et mysteriorum divinorum Praefectus et Distributor ([f]) Lapis angularis et fundamentalis Domus Dei ([g]) Sol orthodoxiae, Ecclesiae Caput, Christianitatis Magister, Mundi Lux, Pater Patrum et Doctor Doctorum ([h]).

Age nunc Roma, Tu es Orbis terrarum Mater et Metropolis, Tu Mundi Regina! Eja! *Obliviscere populum tuum et domum patris tui;* quoniam ex omni parte *vultum tuum deprecantur,* et Te venerantur *omnes divites populorum terrae:* Ecce *pro patribus tuis nati sunt Tibi Filii* ([i]) qui Te a longinquo salutant et turmatim ad Te confluunt [k])

([a]) Nuper sub oculos mihi cecidit liber cujusdam Auctoris Itali (nomine F. D. G.) quem aperiens vidi Prolegomena sic exordientia « — Roma! — E' corre vecchia fama che ROMA sia parola arcana e significhi AMOR... —

([b]) Anbarae Episcop. sup. cap. 1. n. VII. et alii alibi.

([c]) Idem Anbarens. ibidem.

([d]) Idem Anbar. et libri Liturg.

([e]) Idem Anbar.

([f]) Idem Anbar. l. c. et alii cap. sup. nn. III. et IV.

([g]) Eod. cap. super et infra hoc capit.

([h]) Hoc cap. infra §§. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV.

([i]) Psalm. 44. v. 11-13-17.

([k]) Isaiae c. 60.

Superiores et Rectores observant tum Orientales, tum occidentales (1), in eo inquam canone, sic habet (H.3.): «Praeceperunt (Patres) et dixerunt: sint Patriarchae in toto Orbe quatuor, non amplius, sicut quatuor Evangelistae... et sit superior ille, cui Roma est, quemadmodum mandaverunt Apostoli, et post, ille, cui Alexandria etc. (2).

---

quos Tu AMORE TUO complecteris et e quibus *constituis Principes* et Episcopos *super omnem Terram* ([a]). O terque quaterque felicem Romam, Urbem celebratissimam, Regiam Universi, BB. Petri et Pauli asylum, aeterni Sponsi dilectam ([b])! Heus Ecclesia praeclara antiqua et indelebili pulchritudine decora! quae amplificata es magnificentia Excelsi, Dei Unigeniti! Ecclesia amatissima et illustrata summa benevolentia Illius, qui omnia potest, et praedestinatione Salvatoris nostri! Ecclesia Deo dignissima, splendore circumamicta divino, castissima, aeterna beatitate et gloria cumulata, quae Principem locum tenes in inexpugnabili CHRISTI Societate ([c]).

(1) Sunt hi apud Damascenum num. 74, et puto eosdem esse, ac qui, alias, dicuntur arabici, saltem quoad substantiam; non enim ansam habui instituendi examen, hac super re; scio tamen hosce canones, et omnes ceteros, quos in suo Nomocanone exhibet Damascenus, ex Syriaco ipsum vertisse: et quos arabicos dicunt, melius esse appellandos Syro-chaldaicos. Ceterum, de canonibus *vulgo* arabicis, quod Primatum Rom. Pontificis spectat, infra recurret sermo.

(H.3.) En textus arabicus قال ايليا مطران دمشق: وهذه الفرائض المعتمد عليها التى يتمسّك بها الرؤسآء والقوّام المشرقيّون والمغربيون. . . الفريضة الاولى: أمروا وقالوا أن يكون الفطاركة فى جميع الدنيا اربعة لا غير. مثل كتبة الانجيل الاربعة . . . وان يكون الرئيس صاحب رومية: على ما أمر به الحواريّون. وبعده صاحب اسكندريّة الخ

(2) Confer quae infra, huic testimonio parile adducens ex Benattibo, dicam de popularitate hujus Canonis apud Orientales, qui illum Nicaenis Patribus constanter adscribunt.

([a]) Psal. cit.
([b]) Sacer hymnus Chaldaeor. jam saepe cit.
([c]) S. Ignatius l. c. supra.

Ubi, sicut superius (1), iterum animadvertas, quaeso, non necessario induci, quae ab Apostolis dicuntur constituta, idcirco absolute, humani seu ecclesiastici juris esse dicenda. Praesertim vero quum de re agatur, uti haec est, super factum humanum fundata, quo facto posito, divini illico exsurgit juris possessio et virtus. Etenim Romani Pontificis primatus, ex eo quod in successione in cathedram Petri consistat, quodque Christus Petro principatum dederit in finem saeculorum perduraturum, inque successores suos transfundendum, divini utique institutionis ac juris exsistit. Ast factum quo B. Petrus Romam petiit, eamque pro sua sede praeelegit humanum est; etsi pie ac probabilissime credatur ex Christi intimatione dispositum. Insuper hunc vel illum Papam pro tempore exsistentem vere in Cathedram Petri succedere, quia legitime electum, ex humano et ecclesiastico actu certe exsurgit, non autem divina inspiratione singulis fidelibus notum fit.

Ab Apostolis igitur determinate declarandum erat: Romanam Ecclesiam esse Petri Sedem, in eaque perpetuo durare ejusdem Cathedram et divinitus institutum Principatum, et Romanum proinde Episcopum exsistere ejusdem unicum verum et legitimum heredem, et successorem.

Praeterea multa sunt in antiquis canonibus stabilita, vel, ut melius dicam, confirmata, quae vere, sive simpliciter de fide, sive cum disciplinaribus mista exsistunt. Sint pro specimine quae in antiquissimis Apostolis adscriptis canonibus praescribuntur de forma Baptismi, et de canonicitate et inspiratione sacrorum librorum, quae esse de fide, non vero de disciplina, nulli dubium. Ipse Elias noster Damascenus in calce primae partis Nomocanonis sui fidem et disciplinam promiscue sumens, concludit « finis est capitum, quae de synodis occiden-

---

(1) Hoc. c. §. IV.

talibus... qui autem transgreditur hanc *fidem,* anathema est » (H. 4.).

II. Item Damascenus in fine operis, ubi de ordine Patriarcharum disserit, primo loco Patriarcham Romae nominat, de quo ait « Primus Patriarcha est Patriarcha Romae, qui id habet honoris et praestantiae super ceteros omnes Patriarchas, ut quando Provincia ordinat suum Patriarcham, hic ad illum se conferre debeat, antequam in sua Sede quidquam praecipiat aut prohibeat (1), ut ipsi obedientiam praestet (2) et benedictionem postulet» (H.5.).

Jamvero, quaero, poteratne homo Nestorianus, cujus Secta a quinque ferme saeculis jam exsistebat separata ab omni submissione et communione cum Ecclesia Romana, et suum sibi jam constituerat Patriarcham, me-

---

(H.4.) تمّت جُمَلٌ من السنهدوس المغربيّة . . . ومن تجاوز هذا الايمان فهو محروم.

(1) Phrasis est arabica, qua significatur usus jurisdictionis, per praecepta, scilicet, positiva et negativa.

(2) Verbum arabicum videtur a syriaco versum, syriacum autem videtur fuisse ܡܥܠܒܪ ܠܗ *consentiat illi*, vel ܡܢܫܩܪ *osculari*, et *reverentiam praestare, consentire* etc. Ceterum alium Codicem non habui, praeter vaticanum, quo melius lectionem et verum sensum detegerem. Conjectura mea fundata videtur ex indole totius operis, quod est, ut dixi, ab auctore ex syriaco versum, et ex contextu. Non autem improbabilis est ipsa lectio arabica in suo proprio sensu, qui est *tradere:* quasi Romano Patriarchae ille qui novo renuntiatus esset Patriarcha traderet manu auctoritatem nominalem suam, ut veram, et habilitatem ad usum reciperet, ut ipsa series phrasis non obscure suadet.

(H.5.) Accipe textum arabicum الفطرك الاوّل فطرك روميّة . لهُ من الكرامة والفضل هلى سائر الفطاركة اذا اسامن الهوفركيا فطركها يصير اليهِ قبل ان يأمر وينهى فى كرسيهِ حتّى يسلّمهُ ويتبرّك منهُ .

lius et fortius de ejusdem Rom. Ecclesiae Patriarchae superioritate super ceteros omnes Patriarchas, et de dependentia horum in exercitio suae jurisdictionis ab illo, expressius disserere, et ut jurisconsultus et Metropolita, clarius scriptis tradere et in Juris Codicem referre?

§. VII.

Abulpharagius Abdalla Benattibus jam citatus (1), Irakensis seu Babylonius Monachus, Presbyter, philosopho-theologus, jurisconsultus, et Eliae primi Nestorianorum Patriarchae a secretis, ineunte undecimo Christi saeculo clarus, librum edidit sub titulo Jurisprudentiae Christianae seu Collectionis Canonum, in quo, Canones tercentorum et octodecim (2), quos, ait, transtulit S. Marutha Episcopus Maipharkinensis, ab Isaaco Catholico Orientis rogatus (3), recenset. Inter hosce itaque Canones, secundus, qui de Patriarchis agit, ita est a Benattibo allatus « Patriarchae quatuor sint secundum numerum Orbis Plagarum, et Princeps eorum Patriarcha Romae sicut mandaverunt Apostoli » (G.5.).

---

(1) Supra c. 1. n. VIII.

(2) Nicaenos Patres ubique ita appellant orientales, secundum notam illius S. Synodi apud eosdem historiam numerum illorum Patrum sic determinantem.

(3) Hic proclamatus fuit Catholicon, seu Primas Orientis, seditque super cathedram S. Maris Seleuciae et Ctesiphonte, anno Chr. 399.

(G.5.) Accipe textum arabicum قال القس عبدالله ابو الفرج بن الطيب فى كتابه : فقه النصرانيّة الجامع للقوانين البيعية والسنهدوسات المغربيّة والمشرقيّة . . . قوانين الثلثماية والثمانية عشر . ونقلها مروثا اسقف ميافرقين بمسئلة مار اسحق . . القانون الثانى فى ان الفطاركة يكونون اربعة على عدد اقطار المعمورة

Hic animadvertendum duco I° hunc a Benattibo allatum canonem illi adamussim consonare, quem ex Elia Damasceno supra in §. praecedenti attuli. Item chaldaice eundem, et iisdem fere phrasibus, habet Ebedjesus Sobensis in Epitome, quem in sequenti §. afferemus. Canon vero iste, qui a Benattibo dicitur secundus inter Nicaenos a Marutha in Syriacum seu Chaldaicum translatos, a Damasceno ponitur secundus inter canones ab ipso post nicaenos recensitos, et communiter ab omnibus receptos dictos; ab Ebedjesu vero dicitur *ex oecumenicis,* — qua denominatione ubique Nicaenos intelligit, seu quos uti tales habet — iste, inquam, canon idem est ac qui inter *vulgo* arabicos sub num. 37 habetur.

Quidquid autem sit de horum arabicorum canonum origine, authenticitate et auctoritate definitive, certum est *a*) eruditos nonnullos opinari:

1°. Sin minus Nicaenae, Sardicenae certe adscribendos videri aliquos ex his canonibus.

2°. Et tum Romanos Pontifices antiquissimos ut Julium I. Leonem I. et Innocent. I. tum Synodum generalem et Ephesinam, et Arelat. 2. tum SS. Patres Basilium, Ambrosium, Augustinum, Theodoretum aliosque, quosdam ex hisce canonibus adduxisse ut Nicaenos, eorumque auctoritatem exaltasse ut authenticorum, et saltem ut ea continentium, quae nisi ab omnibus accepta fuissent, et uti legitime statuta, aliqui reclamassent, et vim allegatae auctoritatis negare, vel suspicari non dubitassent.

Certum est *b*) ab Orientalibus semper illos fuisse receptos, et in Collectionibus synodalibus, ut nicaenos insertos, Chaldaice quidem seu Syriace apud Syros-Nestorianos et Syro-Jacobitas; arabice autem apud eosdem ipsos qui

---

ورئيسهم صاحب روميه . كما امر السليحون : وبعده صاحب اسكندريه . الخ . .

Arabicam tandem linguam adoptaverunt, et apud Cophtitas, et alios. Quod profecto solum satis superque est ad nostrum scopum et nostram demonstrationem, quidquid de cetero sentiatur.

Iste igitur canon in collectione arabica et apud Ecchelensem sic se habet : القانون السابع والثلثون وان تكون البطاركة فى جميع الدنيا اربعة لا غيرهم مثل كتبة الانجيل الاربعة : والانهار الاربعة : واركان الدنيا الاربعة . . لان بهذه الاربعة الاشيآء قيام العالم كلّه . ويكون الرئيس منهم والمقدّم صاحب كرسىّ مار بطرس برومية على ما امرت الابسطوليقون (او الابسطوليون)

« Canon tricesimus septimus : sint Patriarchae in toto Orbe quatuor, non plures, ad instar Evangelistarum quatuor, fluviorum quatuor, elementorum mundi quatuor... quoniam hisce quatuor rebus stat totus Orbis in sua firmitate: et sit Princeps inter illos, et praeses ille, qui possidet Sedem B. Petri Romae, quemadmodum mandavere Apostoli.»

Animadvertendum II. clausulam illam « sicut mandaverunt Apostoli vel aequivalentem, quae in omnibus lectionibus hujus Canonis habetur, manifeste non referri ad totam canonis enunciationem, sed ad ea verba solummodo, quae immediate praecedunt, ac de Romani Patriarchae Primatu sunt, quod probatur.

1°. Ex positione hujus clausulae perpetuo immediate post ea, quae de Romano Pontifice sunt; alioquin enim debuisset poni in fine, si nimirum ad totam extensionem canonis referretur; vel post verba quae quatuor decernunt Patriarchas non plures, si ad hoc determinandum adhibita fuisset.

2°. Quod si Apostolica ex institutione totus esset canon, absurdum sequeretur; quia nemo dicet Ephesinam

Sedem fuisse dignitate Patriarchalem ab aevo vel a praecepto Apostolico, et multo minus Constantinopolitanam, quasi per translationem juris Ephesinae ad illam juxta canonem, inter eosdem arabicos, num. 38. Sic etiam non potuisset, contra suppositam institutionem Apostolorum dari locus secundus Sedi Constantinopolitanae juxta canonem 41.

Hinc vero obiter confitendum, impossibile esse, ut hi canones Nicaeni dicantur, cum collecti, et conglomerati potius appareant ex ipsis Nicaenis aliquibus, Sardicenis, et canonibus, multo post, editis a Conciliis vel aliis Constitutionibus. Ad propositum vero nostrum et probationem, quae ad hominem, uti aiunt, potissimum vim habet, nihil hoc officere plane liquet.

Praestat quoque heic per transennam observare : ex praemissis sequi non esse audiendum Ebedjesum Sobensem, qui quinque Sedes Apostolos instituisse uti patriarchales asserit in cap. I. part. IX. tom. 2. Epitomes, sibimet contradicens, et multa contra veritatem alucinatus ; uti videre est apud Jos. Assem. (Bib. Or. t. 3. par. 1. pag. 249).

Animadvertendum III revocare, hoc loco, juvare quae observavi §§. IV et VI hujus capitis, de vero sensu quo accipienda sit clausula illa « quemadmodum mandaverunt Apostoli » vel huic aequivalens. Ibi ostensum est, ex rei ipsius natura, et allatis exemplis, declarative accipiendam esse hujusmodi Apostolicam Constitutionem, non positivam, seu non ut canonem disciplinarem.

Certe, ut jam dictis aliquid addam, plura saltem Apostolorum instituta et praecepta Christo ipsi tribuenda auctor est Cyprianus (serm. de Abl. ped.) aiens : « sicuti par est Spiritui Sancto et Christo divinitas, ita in suis institutis aequa est auctoritas et potestas ; nec minus ratum est quod dictante Spiritu Sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit. » Consentit et S. Petrus frater major SS. Basilii et Gregorii Nysseni, qui in libro, qui exstat in Bibl. Vatic. arabice verso, inscriptione

البرهان (Demonstratio) c. de jejunio, ait « sane quidquid praeceperunt Apostoli sancti Fidelibus, est Christi praeceptum, et quidquid lege sanxerunt, est lex ipsius, et quidquid per canonem jusserunt est de jussu ipsius (N).

Quod autem proprie et mire ad rem nostram facit, hoc in capite, est: quod Nestoriani solemniter praedicent, ac celebrent veluti apostolicas plures Institutiones, quae partim, sine ambage, divini sunt juris, partim ad disciplinam referuntur apostolicam utique, at essentialem et fere immutabilem. Loquatur Gazza magnum, seu Officium Festivitatum, sive Commemorationum immobilium anni. Porro in commemoratione SS. Evangelistarum haec habentur (B.5.): «Instituere et ordinavere Apostoli sancti in Orbe terrarum omnes Constitutiones admirabiles nimis, virtute Spiritus sancti, qui eas sancivit, et eosdem commovit ut instituerent: instituerunt SS. Apostoli Ecclesiam ad typum illius, quae in Caelis est: instituerunt pastores, qui pascerent Ecclesiam; et Baptisma ad remis-

---

(N) فكلّما أمَرَ بِهِ الرسُلُ الأطهار أهلَ الايمان فهو امر المسيح . وكلّما فرضوا عليهم فهو فريضتهُ . وكلّ شيٍّ سنّوهُ ووضعوهُ فهي سنّتهُ واوامرهُ .

(B.5.) ܐܝܟܡܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܥܠܬܐ ܕܡܗܝܡܢܐ ܕܥܠ ܟܠܗ ܥܠܡܐ ܕܫܘܝܐ ܒܟܠ ܚܝܠܐ . ܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܩܝܡܘ ܠܗܘܢ ܕܡܗܝܡܢܐ : ܐܝܟܡܐ ܥܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܕܫܪܝܪܐ . ܐܝܟܡܐ ܥܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܩܕܡ ܕܝܢܐ ܠܕܝܢ . ܡܬܩܢܝܢ ܠܗܘܢ ܡܢܗ . ܡܬܬܐ ܕܥܒܕܘ ... ܕܫܪܝ ܘܫܠ ܒܡܥܡܘܩܐ .. ܡܬܩܢܝܢ ܕܟܬܒܐ ܕܒܝܬ ܡܕܪܫܐ . ܕܐܝܟ ܕܠܡܕܥܐ ܠܐܘܠ . ܡܫܬܡܫ ܒܟܠ ܥܠܡܐ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ . ܐܝܟܡܐ ܥܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܕܒܝܬ ܡܕܝܢܬܐ . ܕܒܝܬ ܥܠܡ ܡܫܝܚܐ .. ܕܒܝܬ ܥܠܡ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ . ܕܒܝܬ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ . ܐܝܟܡܐ ܥܠܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܡܥܡܕܐ . (ܡܢ ܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܟܬܒܐ) .

sionem culparum; et Oleum Unctionis (S. Chrisma); et Sacerdotes illustres et Diaconos: instituerunt SS. Apostoli, ut Psalmos Davidicos canamus: instituerunt preces ad celebranda mysteria, et *canones* et judicia omnis generis: instituerunt ut oblationes faciamus pro defunctis, utque commemorationes eorum quoque anno celebremus. Haec, et plura similia constituerunt SS. Apostoli. »

Post haec, quisnam ambiget: in mente Nestorianorum (quod et de aliis orientalibus in loca parallela dicendum) asserere Primatum Romanae Sedis super ceteros omnes per mandatum et canones Apostolorum fuisse statutum, ita esse intelligendum: quatenus nimirum, quamquam sit ipse Primatus juris et institutionis divinae, illius tamen Apostoli exstiterunt promulgatores et confirmatores? Etenim, ut vidimus, tum in Nestorianorum aliorumque veterum sententia certissima, multa de institutione divina, Apostolorum institutioni referuntur, eodem prorsus sensu; tum apud ipsos Nestorianos, aliunde, abunde ex praejactis constat: Cathedram Romanam B. Petri esse, et a Christo Domino, in ejusdem persona institutam, ceu Unitatis et veritatis centrum, in perpetuum duraturam, et adversus illam, potestates tenebrarum numquam praevalituras.

§. VIII.

In jam memorata celeberrima Epitome Canonum Ebedjesu Sobensis, quae ut Codex jurisprudentiae christianae et Ecclesiasticae habita fuit, et usque modo habetur, in Ecclesia Nestoriana, ex quo a praefato Metropolita Nisibeno, compilata fuit, ut aliis collectionibus elucidior et completior, et a Timotheo II. Patriarcha coaevo approbata, praeclara exstant testimonia pro Romani Pontificis Primatu.

I. Sane in istius operis tom. 2. part. IX. cap. I. quod de Sedibus Patriarchalibus agit haec habentur (L. 3.): «Loca

---

(L. 3.) ܡܢ ܕܒܦܪܝܣܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܟܗܢܐ ܘܕܝܩܢܐ

ܕܡܬܬܩܢܝܢ ܠܦܩܕܢ ܐܝܟ ܕܐܬܬܩܢ ܒܫܝܢܬܐ ܕܫܠܝܚܐ

itaque, in quibus a sanctis Apostolis dignitas patriarchalis fuit instituta, Urbes istae quinque sunt.... In his igitur quinque urbibus, post revelationem Dei Verbi in Carne, constituti fuerunt a beatis Apostolis quinque Episcopi Metropolitae, qui Patriarchae nominantur. Quoniam vero unicuique ex praedictis civitatibus non ex principatu et antiquitate ejusdem solummodo dignitas Patriarchalis et praerogativa data fuit, sed etiam propter Apostolum, qui eam in Christiana doctrina instituit, et regem in ea regnante, magnae Romae data fuit propter geminas co-

---

ܡܬܠܕܝܢܐ : ܡܢ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ ܕܩܠܝܢ
ܒܐܬܪܝܢ –) ܕܩܕܝܫܐ ܫܠܝܚܐ ܕܟܢܝܫܬܐ ܡܢ ܥܠܡܐ
ܕܒܝܫܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܝܡܪܐ ܐܝܟܢܐ ... ܕܫܠܡ ܫܠܝܚܐ
ܡܝܡܪܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܝܫܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ
ܥܠܡܐ ܐܬܬܐ ܡܢܗܘ ܐܪܟܘܢܬܐ ܘܩܕܝܡܘܬܐ ܫܪܝܪ ܕܦܛܪܝܪܟܐ
ܡܬܩܪܝܢ. ܡܛܠ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܠܐ ܡܢ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܫܘܝܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܠܐ ܒܟܝܢܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ.
ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܐܠܐ ܠܐ ܡܛܠ ܥܠܡܐ ܐܬܝܠܕ ܐܠܐ ܒܟܝܢܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ
ܠܡܬܝܡܐ ܕܬܢܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܛܠ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܦܠܝܢܐ ܠܡܐ ܠܗ ܐܠܐ ܕܥܠܡܐ ܥܠܡܐ ܡܛܠ ܬܪܬܝܢ ܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ.
ܡܬܝܡܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܒܪܡܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ. ܡܢ ܗܠܝܢ
ܐܠܝܦܘܪܝܣ.... ܡܛܠ ܕܒܠܢ ܡܢ ܕܒܠܢ ܡܬܡܝܢ ܥܠܡܐ ܕܒܥܠܡܐ
ܡܢ ܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܡܛܪܦܘܠܝܬܐ : ܐܝܟ ܚܕ ܠܗ ܠܐ.
ܡܬܩܪܝܢ ܡܬܪܝܪܟܐ.... ܗܠܝܢ ܕܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܒܪܬܐ
ܡܢܬܘܒܬܐ : ܕܒܪܐ ܕܐܒܐ : ܡܢ ܐܝܟܢܐ ܠܡܬܪܝܪܟܐ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ... ܡܛܠ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢ
ܡܬܝܡܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܝܟ ܕܫܠܝܚܐ ܕܩܕܝܫܐ. ܡܛܠ
ܕܐܠܗܝܬܐ.. ܗܢܘܢ ܕܟܕ ܡܢ ܫܠܝܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܝܟ ܒܪܝܬܐ ܕܒܪܡܐ ܕܥܠܡܐ.

lumnas in eadem positas, Petrum, inquam, Apostolorum Principem et Paulum Doctorem gentium: *ipsa est Sedes prima et caput Patriarcharum.* Sedes autem secunda Alexandria est ... *Causa vero PROPRIA est excellentia Apostolorum* qui istarum Sedium fuerunt *conditores atque erectores : Simonis*, nimirum, *Petrae*, Marci Evangelistae etc... Ad hujus vero rei demonstrationem et elucidationes stent Canones occidentales (sequentes): Canon oecumenicorum (Conciliorum nempe) (1) «— facta est voluntas Synodo oecumenicae, ut quatuor Patriarchae sint in toto Orbe.... et sit caput ille, qui Romae est, juxta mandatum Apostolorum, quod in suis canonibus decreverunt. Post illum, ille, qui Alexandriae ... qui autem transgreditur haec, sub anathemate ponit illum Synodus oecumenica (2). — »

---

(1) Hoc titulo intelligit ubique Nicaenos Canones, nec non qui uti tales habentur ab Orientalibus, ut superius adnotavi de Arabicis.

(2) Hic Canon, ut cernis, ipsissimus est ille, quem Arabice superius attuli ex Damasceno, et Benattibo; nec non ex *vulgo* arabicis, inter quos est numero 37.

Heic, provinciam huic lucubratiunculae meae praefixam nolens transgredi, unum et alterum solummodo afferam extraneorum testimonium, ob locorum parallelismum, atque materiei et adjunctorum analogiam.

Primum quidem est Abulpharagii Barhebraei Maphriani sive Primatis Orientis seu Syro-Jacobitarum, qui in suo opere *Directionum*, quod est corpus juris fori ecclesiastici totius Sectae illius, (c. 7. Sect. 1.), ait « Canon est Nicaenae ut quatuor sint Patriarchae, juxta numerum quatuor Orbis plagarum, caput autem magnum omnium ille, qui Romae est: dein ille, qui Alexandriae; dein qui Constantinopoleos, ad quam Patriarchatus Epheso transiit, et quae Roma nova fuit appellata; dein qui Antiochiae est, cui potestas super totum Orientem » وبعدها : أوّلاً بطريرك رومية التي هي

حضرة أوّل قسطنطينية وثانيًا ذا وبعده هو وزمان مدة

هو والكهنوت . مدة هو وبعده هو وبعد أنطاكية هو وبعد

هذه هذا هو وأنطاكية . مدة هو سبب الأمانة

Alterum testimonium est . (مع ذلك هو بوسا عكسه) وذلك

Alterum testimonium est

II. In capite autem quinto cui titulus « de Auctoritate

Massudii celeberrimi muslemici scriptoris, qui in libro jam laudato inscripto « Prata auri » de Imperatoribus Romanis disserens ait « Et feruntur occisi fuisse sub (Neronis) Regno Petrus et Paulus Romae: et amplificata fuit Religio Christiana Romae: et *ipsa est sedes omnium Christianorum, et ad ipsam referuntur negotia Religionis eorum.* » In Tractatu autem «De cognitione mensium gentium» scribit «Patriarchae quidem apud Christianos quatuor sunt: Primus eorum ille, qui est Romae, dein secundus, qui est Constantinopolis, quae est Ephesus, et nomen ejus antiquum Byzantium, quam Graeci vocant, hoc nostro tempore, civitatem Regiam; tertius autem qui est Alexandriae in Aegypto: demum quartus qui est Antiochiae; est autem et haec Petri (sedes): inceperunt vero Roma, quia Petri est, et concluserunt Antiochia

quia Petri est . قال المسعوديّ فى مروج الذهب : ثم ملك الروم نيرون

ويقال انّه قتل فى ملكه بطرس وبولص برومية. ونما دين النصرانيّة

فى رومية . وهى كرسىّ جميع النصارى واليه ترتدّ امور دينهم .

(وقال ايضًا فى معرفة شهور الامم) : والبطاركة عند النصارى اربعة :

اوّلهم صاحب مدينة رومية ثم الثانى صاحب مدينة القسطنطينيّة .

وهى افسس . واسمها القديم بوزنطية . والروم يسمونها فى وقتنا هذا

المورّخ اذا ارادوا العبارة عنها انها دار الملك . ثم الثالث وهوصاحب

الاسكندريّة من ارض مصر . ثمّ الرابع وهوصاحب انطاكية وهى

لبطرس. فبدأوا برومية لانها لبطرس وختموا بانطاكية لأنّها لبطرس.

Interest adnotare alucinari Almassudium, dum existimat Constantinopolim seu Byzantium, in Thracia, eandem esse cum Epheso, in Asia minori, et videtur, quod a Christianis de hoc argumento hauserat, male intellexisse; est enim allusio ejusdem heic manifesta ad Canones 38 et 41 inter Arabico-nicaenos, quibus decernitur translatio sedis *patriarchalis* (uti ibidem perperam appellatur) Ephesi, ad Urbem Regiam Constantinopolim. Ceterum non mirum neque novum est in hujusmodi rebus errare istum, ceteroquin, inter Gregalium suorum historiographos, eximium Scriptorem, quorum ille est haben-

qua pollet Patriarcha etc.» sic habetur (L.4.). «Facta est voluntas synodo oecumenicae ut super omnia negotia, quae indebite conficiuntur, sive sub manu Metropolitarum, sive sub manu Episcoporum, habeat potestatem Patriarcha, qua auctoritative praecipiat de iisdem (negotiis); quoniam Patriarcha pater est universitatis, et omnes Metropolitae atque Episcopi sunt filii hereditatis ejus. Honor igitur Patriarchae, uti Patri, debetur a filiis. Quemadmodum autem habet Patriarcha auctoritatem faciendi quidquid vult, rite, in eos, qui sub ejus sunt

---

dus castigatior qui mendis chronologicis, et fabulis minus abundet. In hosce enim defectus mirum in modum offendunt omnes omnino scriptores arabes, ubi de rebus alienigenis, primorum Christianorum et Hebraeorum praesertim, sermonem habent, quum ab eorundem certissimis traditionibus deviantes, passim imaginationibus vel spuriis narrationibus, nimia credulitate vel mala fide, indulgeant. Profecto, vel in hoc, Mohammedani haud dissimiles se probant a suae Sectae conditore, qui in Alcorano, ipsis sacro ac divino libro, anachronismis, et naevis non est inops.

(L.4.) ܕܥܒܕ ܡܬܩܢܐ ܥܠ ܟܠܗ ܡܠܬܐ ܕܢܗܘܐ ܩܝܡܐ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܥܠ ܡܢ ܕܥܒܕܝܢ ܐܘ ܕܥܠ ܡܢ ܕܡܬܪܦܠܝܬܐ ܐܘ ܕܥܠ ܡܢ ܕܩܫܝܫܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܥܒܕ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ ܗܢܘܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܗܘ ܐܒܐ ܠܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܟܠ ܡܬܪܦܠܝܬܐ ܘܩܫܝܫܐ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܝܪܬܐ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܒܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܝܢܐ ܕܩܪܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝܐ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܢܥܒܕ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ ܗܢܘܢ ܕܡܬܩܢܝܢ ܡܢ ܩܕܡ

potestate, eodem modo sit potestas Patriarchae Romae *super cunctos Patriarchas,* SICUTI B. PETRUS SUPER TOTAM UNIVERSITATEM. Etenim *et Petri* etiam *locum conservat in tota Ecclesia ille qui Romae est* (Patriarcha). Qui autem transgressus fuerit haec, sub anathemate ponit eum Synodus oecumenica » (O).

Jamvero supersedeo iis quae Ebedjesus, hisce in locis citatis, falsa veris commiscens, et sibimet ipse contra-

---

(O) Huic respondet adamussim canon vulgo arabico-nicaenus, qui exstat sub numero 44, et sic se habet : وان ينظر البطريرك فى كلّ امرٍ عمل به احدٌ من مطارنته : او اساقفته فى بلدانهم التى يلونها . فان وَجَد منها شيئًا على غير ما ينبغى فليغيّرهُ ويأمر فيه بما يرى . لانّهُ ابو جميعهم وهم بنوهُ . وانّما المطران فى رياسته عليهم وتوقيرهم اياهُ بمنزلة الاخ الكبير الذي يقدّمونهُ اخوته ويوجبون طاعتهُ لحسن سياسته ولكبره . فامّا البطريرك فانّه بمنزلة الاب فى سلطانه على بنيه . وكما ان للبطريرك سلطان على مَن تحت يديه . فكذلك يكون لصاحب رومية سلطانٌ على سائر البطاركة مثل بطرس فيما كان له من السلطان على جميع روسآء النصرانيّة وجماعة اهلها . لانّهُ خليفة المسيح على بيعته وكنائسه وشعوبه كلّها . ومن خالف هذه السنّة فجماعة السنهدوس تحرمه

ubi ultima verba quae de auctoritate Rom. Pont. sic habentur « sit pariter Patriarchae Romae potestas super ceteros omnes Patriarchas, sicut Petrus in eo, quod habebat potestatis super omnes superiores christianismi, et universitatem fidelium : quia est vicarius Christi super Ecclesiam ejus, et Ecclesias ejus et populos ejus universim. Qui autem contradixerit huic Legi etc. »

dicens asserit, eo praesertim fine, ut suae Sectae Patriarchatui morem gerat (1).

Quod vero nostrum respicit scopum, observo: ex summa horum, quae tradit Ebedjesus seu, ut rectius loquar, Corpus istud juris canonici Nestorianorum colligi, et rotundis pene verbis expressum inveniri :

1. Institutionem, quam appellant, Apostolicam Sedium Patriarchalium sic potissimum intelligendam videri, quatenus quidam ex Apostolis vel discipulis, prae ceteris, quasdam sibi elegerint civitates, ea intentione, qua sedem suam ibidem figentes et sibi vindicantes, episcopatum gesserint vere et proprie.

2. B. Petrum solum Romanam moderatum fuisse Ecclesiam ut Episcopatum, usque ad martyrium ibidem toleratum cum Paulo; quod etiam clarius tradit Ebedjesus alibi ex canonibus *vulgo* Apostolicis ut jam adnotavimus (2).

3. Sedem Romanam et Romanum Patriarcham primatum habere super omnes alias Ecclesias et Patriarchas.

4. Hujus vero primatus causam propriam et unicam ex Conditore illius Ecclesiae promanare, qui est Petrus

---

(1) Sane quae dicit de praerogativa patriarchali uniuscujusque Sedis ex *rege etiam* qui in illa civitate dominetur, repetenda, destruere ipsemet videtur paullo post, cum Sedis praerogativam ex Apostoli conditoris ejus excellentia recto et simpliciter et PROPRIE desumendam tradit. Similiter quod ait de quinto loco inter patriarchas Babylonensi assignando, jam excluditur expresse ab Elia Damasceno ante ipsum, et potissimum per canonem 39 inter eos, quos ipse Sobensis et Nestoriani omnes nicaenos appellant et laudant, quique septimum tantummodo locum assignat Patriarchae Babylonensi seu Seleuciensi, nimirum post Ephesinum et Hierosolymitanum. Idipsum conatus fuerat stabilire, pro sui patriarchatus privilegio Timotheus I. similibus fere allatis argumentis, ne dicam argutiis. Sic reor, et sic mihi obiter scrupulosius, censoris animum sumenti, amore tamen veritatis ducto, in Gentis, licet, meae Patriarchatum, visum fuit animadvertere, dum libenter palinodiam in dubiis et hujusmodi argumentis, si quae dicta a me sunt, canturus sum erroneam demonstraturo opinionem meam.

(2) Hoc cap. §. I. in Nota (2) pag. 22.

Apostolorum Princeps; sicut Marcus Alexandrinae sedis, et Ioannes Ephesinae fuere, etc.

5. Proindeque Romanum Patriarcham locum obtinere in tota Ecclesia B. Petri, qui super *totam universitatem* habuit a Christo principatum; et ipsum Romanum Pontificem *Patrem* exsistere omnium Patriarcharum, etc.

6. Hoc autem esse religiose sic ab omnibus credendum, et observandum, ex mandato et institutione Apostolorum, et Synodi Nicaenae declaratione, sub anathematis poena.

§. IX.

Sobensi coaevus Jabalaha III. Patriarcha Nestorianorum ex Tartaria et Perside ubi degebat ad Romanam Ecclesiam se convertit, ejus primatum cum fide catholica sponte, ex avita certe traditione, recognoscit et profitetur.

Qui in Epistola ad Benedictum IX. cum F. Jacobo missa sic scribit (1)... « SSm̃o Patri nostro Domino Benedicto. Advena et peregrinus Jabalaha, qui per gratiam Domini N. J. C. factus fuit Catholicos et Patriarcha totius Orientis petit a Sanctitate vestra benedictionem et inclinat vobis cum humili salutatione... Superabundanti Patri in sanctitate, et superexcellenti in spiritualibus donis, Vicario D. N. J. C. super totam fidem Christianam, sedenti super Sedem B. Petri Apostoli Pastoris nostri et patroni, Patri Patrum, Regi Regum, sanctissimo Papae Benedicto... Istud donum permaximum, et eminentem Sedem throni apostolici, ac universalem paternitatem omnium fidelium, ac summum pontificatum omnium Pontificum, in omni Ecclesia catholica et apostolica, Deus omnipotens et piissimus vestrae contulit Sanctitati, – quam Deus custodiat –... Profitemur insuper Sanctum Rom. Pontificem Summum esse et Patrem universalem omnium fidelium Christi:

---

(1) Vide quae in Appendice I. de isto Patriarcha, et actis ejus adnotabo.

et confitemur, quod ipse est successor B. Betri Universalis Vicarii Jesu Christi super omnes filios Ecclesiae ab Oriente usque in Occidentem... et nos sub ejus obedientia sumus... et ipse pius Pater ne avertat a nobis faciem suam, quum simus omnes fratres in Christo, et ejus filii per veram fidem catholicam. »

§. X.

Ante Jabalaham, et anno Christi 1247. Rabban Ara Vicarius Orientis, qui vicem nimirum gerebat sui Patriarchae Sabarjesu in Terra Sin, seu in Cataja et Tartaria orientali, suo et sui praefati Patriarchae, Archiepiscopi Nisibeni, aliorum duorum Archiepiscoporum, et trium Episcoporum nomine, scripsit et misit libellum Fidei ad Summum Pontificem Innocentium IV. cum Epistola (1). In ista Epistola haec exhibet Vicarius orientis Nestorianorum, quasi de more, et de prisca majorum suorum sententia « Ad praesentiam Papae magnifici, ex parte illius, qui petit orationes ejus in subsidium debilitatis suae, Rabban Arae, Vicarii Orientis, adorantis inter manus ejus. — Patri Patrum, Decori Pastorum, misericordiae vitae, fonti pietatis et indulgentiae, intercedenti pro populo Domini, perfecto in Divinis, excellenti in spiritualibus, Soli justitiae, Cujus lux oritur super quatuor mundi climata, qui lucet et splendet in Ecclesiis catholicis sanctis, Cherubi corporeo, et Seraphi carneo, tenenti Sedem B. Petri, Domino meo, Sanctissimo Papae Urbis Romae et omnium Climatum mundi... coram Deo... — Pervenit ad nos Epistola vestra quae ex mandato vestro excelso conscripta est... et eam super oculos nostros posuimus... et sic diximus: quia viderunt oculi nostri pie-

(1) Vide quae de isto Rabbam Ara, et ejus Actis adnotabo in Appendice I.

tatem vestram immensam: nunc, igitur, Domine mi, dimitte servo vestro peccata sua, sicut posita est in manibus vestris potestas ligandi atque solvendi, et omnium mysteriorum. Legimus eam... et mandatum vestrum attendimus... et nos contremiscimus excellentiam vestram; quia Dominus magnificavit vos... »

§. XI.

Anno salutis 1552. Nestoriani unanimiter introductam jam a suis Patriarchis impiam consuetudinem pertaesi, qua isti nulli, qui non ex sua ipsorum esset familia, episcopalem conferebant dignitatem, tantoque morbo medelam exquirentes, avitae antiquissimaeque traditionis memores, ad Romanum Pontificem, ceu universalem et supremum rectorem et Patrem sese converterunt.

Itaque habito in mossulana civitate coetu, quo convenerunt praeter tres, qui superstites erant, episcopos, multi sacerdotes, coenobitae, optimates et populus nestorianorum ex pluribus locis, Sulakam elegerunt, et Romam miserunt, a viris concomitatum nonnullis, et cum Epistola (1), in qua sic Julium III. R. P. alloquuntur: et hisce magnificis titulis «– Patri Patrum et primo pastori, nectenti coronas et ungenti sacerdotes, atque accingenti Zonas et comprehendenti universam Christianitatem –. Tu es in loco Christi D. N., tu sedes in sede alta et sublimi capitis Apostolorum, tenentis claves Regni caelorum, cui ore salutari Dominus N. J. C. dixit: quidquid ligaveris in terra, erit ligatum et in caelis; et super quem fundavit Ecclesiam suam, ut portae Inferi non praevalerent adversus eam in generationem et generationem. Et nunc eam Sedem dedit Tibi Christus Dominus noster et Salvator

---

(1) Vide in Appendice I. quae de coetu isto et actis ejus adnotantur.

noster, sedesque super eam. Tu item es fons, cujus aquae non deficiunt, et quisquis sitiverit, ex te aequum est, ut bibat aquas vivas, et sedet sitim suam. Tu es lucerna quae non extinguitur, sed illustrat omnes creaturas sicut candela in candelabro ... in Te videt lumen tota Christiana Respublica, quae sunt proles Ecclesiae sanctae. Tu es murus fortis civitatis, quae est Mater civitatum, Romae Magnae, quam piscatus est caput apostolorum Petrus (1) et architectus prudens Paulus, qui praebuerunt lumen omnibus hominibus vinctis errore Satanae. Tu es caput omnium Patrum, sicut erat Petrus omnium Discipulorum, cui Sedem altam et sublimem dedit Deus... Nos peccatores, Nestoriani sumus, servi tui, convenimus ex omnibus locis orientalibus... obsecramus itaque Te, et Eum, qui tibi concessit hoc donum altissimum, ut ordines eum (Sulakam nempe) nobis Patriarcham seu Catholicon, ne maneamus pupilli absque patre et pastore, et des ipsi potestatem, per verbum tuum, ut possit conferre gradus ecclesiasticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum, et ut ligare possit et solvere, pro consuetudine Patrum et Canonum apostolicorum.... Tu enim ipse nosti, quod quando filii egent, patres ipsorum explent eorum indigentiam... »

§. XII.

Anno Christi 1609-1610. Elias Patriarcha orientalium seu Nestorianorum cum adhuc in vinculis haereseos detineretur (2), consilio episcoporum et doctorum suae Nationis,

---

(1) Manifesta allusio ad celebre illud versiculum Narsetis Doctoris, in c. 1. supra citum quo canit : ܪܫܐ ܕܬܠܡܝܕܐ ܕܡܬܪܝܢ ܘܡܕܝܢܬܐ

h. e. « Caput Discipulorum piscatus est Civitatem Principatus. »

(2) Sane Nestorianus Patriarcha quatuor capita in *Sua Fide* exponit, in quibus fatetur se suosque a sententia Dñi Papae et Ecclesiae Romanae discrepare, attamen suadere conatur hujusmodi discrepantias accidentales esse, nihilque rectae fidei officere (quod et Legatus ejus

scripsit et misit ad Paulum V. P. M. Epistolam, cum libello fidei, nestoriano errore scatente, per P. Adam archimandritam monachorum et archidiaconum sui Cubiculi Patriarchalis (cujus insuper *Commentarius de Fide* ibidem commendatur), in quibus scriptis sequentia habentur ad Primatum Rom. Pontif. et Rom. Ecclesiae attinentia.

I. In Epistola: « Ab humili Elia orientali, qui per gratiam Dei Sedi Sanctae Babylonis inservit, adorationes continuae... ante sanctos pedes tuos, o Pater benedicte, et caput Patrum, sol Christianitatis, et Nomen, in quo situm est aedificium Ecclesiarum, Domine mi et Pater mi Papa, Pater Patriarcharum omnium, qui in Universo sunt.... Praeceptum tuum mihi est receptum, ex praecepto Illius, qui claves tradidit tibi. Neque negabo vocem illam dictam Petro; scil. *Tibi tradidi claves Regni, et quod ligabis in terra sit ligatum in caelis, et quod solveris in terra sit solutum in caelo.* Et non obsistam, sicut reliqui haeretici, contra praeceptum sanctorum Apostolorum et Patrum orthodoxorum, qui affirmaverunt: quod Sedes Romae Magnae tenet principatum, et ipsa est caput omnium Sedium. Absit a me: sed fateor, quod Ecclesia Romana est Mater Ecclesiarum: Et qui hoc non ita fatetur sit anathema. O Pater, ecce fides mea pervenit ad Tuam Sanctitatem cum Literis, et videas si est dolus in professione nostra, aut est error, aut recessio quaelibet a Matre nostra Ecclesia Romana: *Admone et faciemus, doce et obediemus* etc. »

II. Fides autem seu libellus Fidei Eliae Patriarchae suorumque sic incipit « Fides Domini Eliae Patriarchae Babylonis ad Dominum Papam Patrem Patrum (missa),

---

Adam postmodum Romae diu sustinere frustra sategit, in disputatione jussu Pauli V. instituta), (ut videre est apud Petrum Strozzam in opere cui titulus: Dogmata, et Synodalia Chaldaeorum). Tum subdit Patriarcha: « et Dominus Gabriel (Archiepis. Hesnae) mihi respondit: *quod nos ita accepimus a nostris Antecessoribus: quod non sit discrimen inter nos et Ecclesiam Romanam, nisi per caeremonias ... et omne id quod dicit et admittit Tua Sanctitas receptum apud nos Orientales est.* »

anno secundum Graecos, 1920. (h. e. Christi 1609) per Patrem Adam. » Dein ait: « Ego Elias humillimus et alienigena et servus minimus Jesu Christi, qui est Deus verus ex Deo vero, cui per gratiam, et praeter mea merita, credita est Sedes quinta (h. e.) Babylonis, genuflecto ante Te, totum me submitto ante pedes sanctos tuos, o Pater, qui locum obtines Petri Patrisfamilias Jesu Christi, o Domine Papa custos Sedis, quae est Caput omnium Sedium... Ego balbutio ante tuam paternitatem, tamquam parvulus ante matrem suam misericordem, et repeto meam Fidem, quae nullo modo aliena est a tua Fide, etiam si aliquando diminuta aut addita videatur. » Hic recenset plura Fidei capita, inter quae perfidia nestoriana latet, ut supra annui. De Ecclesia autem Romana sermonem faciens Patriarcha haec fatetur: « Etiam suscipio omne, quod docet Sedes Sancta Apostolica et Catholica Ecclesia Romana, omni amore. Semper obtemperabo ordinibus et decretis atque legibus Pontificis Magnae Romae. »

III. Postremo commemorat opus P. Adae inscriptum « Commentarius de Fide Orientalium cum Fide sanctae Romanae Ecclesiae concilianda » quod per ipsum auctorem una cum ceteris praefatis scriptis ad Rom. Pontificem mittebat, et cui haec praefigit Elias « Decet aperire verum ante paternitatem sanctam Tuam, o Domine Papa Paule V, Corona Christianitatis, et Caput capitum et pastorum Ecclesiae sanctae et alienae ab omni haeresi. Diu perquisivimus diligenter, nos Orientales, de Fide, secunda hac vice, qua ad nos litteras tuas misisti; et vocavi Dominum Gabrielem Seniorem Archiepiscopum, et sacerdotem Israel... et Dominum Adam Abbatem et dixi eis: quoniam in nostra natione nullus est perspicacior vobis, determinemus quid faciendum. Nam ecce libri nostri admonent nos de Ecclesia sancta et Sede Apostolica Domini Papae Romae: « quoniam, aiunt, iste est Pater patrum, caput pastorum, eum audite, et non declinate a praecepto ejus. » Et patres nostri orientales omnes eos, qui *ab Ecclesia Romana defecerunt* excommunicaverunt, et simul

omnes *conculcatores praecepti Domini Papae,* qui est loco S. Petri, fundamenti Ecclesiarum et capitis Apostolorum. Sed video in professione nostra quod sit aliquid, quod non videatur juxta professionem Papae; et Patres nostri de hoc nihil scripserunt; sed hoc solum admonuerunt: — ne nos, scilicet, ab Ecclesia Romana deficeremus, neque a praecepto Domini Papae habentis Claves Regni declinemus, — et exsecrati sunt, et excommunicaverunt omnes transgressores horum verborum (1).

§. XIII.

Anno Christi 1653 Simeon Nestorianorum Patriarcha, unus ex iis, qui in Persidis finibus Sedem fixerant suam (2), Epistolam ad Innocentium X. scripsit, in qua sponte communionem Ecclesiae Romanae petit, sedis Petri principatum confitetur, et inter cetera haec habet: « Ad Patrem Patrum et Pastorem Pastorum, nectentem Diademata, ungentem Pontifices, sanctum Papam Innocentium, caput totius Christianitatis.... »

---

(1) Pergit variantes sententias recensere, aiens: « variantia vero, et quae non sunt juxta Ecclesiam Romanam haec sunt: Dominus Papa cum omnibus Patribus magnae Ecclesiae Romae vocant Virginem sanctam Mariam Dei Genitricem; nos vero orientales eam genitricem Christi vocamus » et sic enumerat tres alias differentias, quas, ut supra jam adnotavi, verbotenus solummodo a doctrina Romana discrepare toto studio conatur persuadere, quod et magis contendit deinceps Adam Archimandrita, Romae, postquam eo pervenerat, ab Elia Patriarcha missus cum suo commentario, de quo loquimur, libello Fidei, et epistola hic memoratis. Qui tamen tandem a veritate victus confessus fuit palam: se suosque usque ad illud tempus in errore versatos fuisse. Quapropter et Fidem catholicam ipsemet defendit contra errores apud nestorianos vigentes, et redux ad suum Patriarcham et suos, Amidam, operam dedit ut Synodus haberetur ibi, anno 1616, in qua recepta et promulgata fuit fides catholica, confirmataque unio cum Sede Apostolica ab Elia Patriarcha et Episcopatu Chaldaeorum, missis Actis synodalibus et literis ad Romanum Pontificem. De quibus omnibus vide cit. Petrum Strozzam in libr. De Dogmatibus et de Synodalibus Chaldaeorum.

(2) Vide in Appendice horum Patriarcharum mentionem.

§. XIV.

Simeon alius Patriarcha, item in Persidis ditione degens et Nestorianis praesidens, scripsit anno Graec. 2081 et Christi 1770, Epistolam ad Romanum Pontificem (1), in qua illum hisce nominibus decorat, ut appellet « Patrem Patrum, et Maximum pastorum: Petrum nostri temporis, tenentem et gubernantem cathedram excelsam orthodoxiae Christianae: caput omnium Patrum pro Christo: Patriarcham Civitatis principalis Romae, et quatuor finium Creaturae (Orbis) » tum addit « firma consistat Sedes vestra in generationes generationum, ad honorificentiam totius Christianitatis, quae est in quatuor plagis Universi » (P).

§. XV.

Dum haec Patriarchae Nestorianorum, sub Simeonis nomine, in Persidis finibus ita agebant, alii Patriarchae ex stirpe Mamae descendentes, sub nomine Eliae, in Assyria et Babylonia, consonabant aemulis suis, in eadem traditione patrum suorum de Principatu Rom. Pontificis et Romanae Sedis asserenda. Scripsit igitur Elias anno 1749, Literas obsequiosissimas ad Benedictum XIV, quas re-

---

(1) Vide adnotationem ad hunc Simeonem in Appendice.

(P) Accipe textum chaldaicum :

ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܐܝܟ ܕܐܒܗܬܐ . ܡܪܕܘܬܐ ܕܪܘܡܝ ܕܐܫܒܝ
ܠܡܪܕܝܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܒܝܬ ܐܒܗܬܐ ܪܒܬܐ ܕܐܝܬ ܒܗ . ܕܥܠ ܕܒܠܡܐ
ܐܝܟ : ܡܠܟ ܡܥܒܕ . ܡܪܕܘܬܐ ܕܡܕܒܪܢܐ ܕܥܡܡܐ ܕܟܠܗ
ܡܪܕܘܬܢ ܕܒܕܒܢܐ ... ܒܥܐܕ ܕܡܕܗܒܪܐ ܠܕܪܕܝܢ ܠܥܡܝܢ
ܕܒܠܗ ܕܡܪܕܘܬܐ ܕܪܕܘܬܢ ܕܒܕܒܢܐ . (ܡܢ ܐܝܟ ܡܕܝ ܡܕܡ
ܡܪܕܘܬܐ ܥܒܝ ܠܡܪܒ) .

*

petit, iisdem fere verbis, uti conjectura est (1), anno 1756 hoc modo: «(Q.1.) Patri patrum, et Maximo pastorum, Petro temporis nostri, et Paulo aetatis nostrae, coronae Apostolicorum, et Soli puro Theoreticorum, Seraphi corporeo, et Angelo Carneo, induto Ephod principatus Sacerdotii Jesu, tenenti et gubernanti Cathedram sublimem Orthodoxiae Christianae, cujus fidelitatem cum praevidisset firmissimam Dominus ejus, fecit eum Vicarium et Rectorem et Principem, et sedere fecit eum super Sedem gloriosam Petri: qui equidem exsistit caput omnium Patrum loco illius, et est corona resplendens, ut Sol radiis suis pulcherrimis,

---

(1) Etenim prima vice transmissa ad R. P. Epistola videtur deperiisse in itinere, aut ad cognitionem publicam non pervenisse.

(Q. 1.) Textus hujus Epistolae, de qua, ubi de ejus Auctore, sermo erit in Appendice, hic est:

ܠܐܒܐ ܕܐܒܝܢ ܘܪܥܝܐ ܕܪܥܝܐ. ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܟܠܗ
ܕܟܢܐ. ܡܠܦܢܐ ܕܡܠܦܢܐ. ܣܝܡܐ ܕܣܝܡܐ ܕܣܝܡܐ ܕܣܝܡܐ
ܣܝܡܐ ܕܣܝܡܐ. ܣܝܡܐ ܕܣܝܡܐ... ܠܟܝܢ ܠܐܝܠܐ ܕܟܢܝܐ ܕܐܪܝܐ
ܒܥܝܢܐ. ܕܐܝܬܝܗ ܕܡܝܢܝܢ ܕܡܠܟܐ ܕܐܠܗܝܢ ܕܡܥܝܢ...
ܟܠ ܕܟܝ ܕܟܝ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ
ܕܡܝܢܝܢ ܕܟܝ. ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕܟ ܕ.
ܕ ܕ

in domo Domini nostri, et cujus luce gloriosa... et ex cujus sede illustri, omnes nos illuminamur. Patri Nostro Sancto Domino nostro Papae Benedicto XIV, Patriarchae Civitatis benedictae celeberrimae et principalis Romae et quatuor plagarum... Elias humillimus, qui inservit ministerio Sedis patriarchalis quae in Oriente est... ut filius dilectus ante patrem misericordem loquitur confidenter. Debent enim filii honorare patres suos spirituales et corporales... o Pater universalis etc. etc. »

Pergit confessionem Fidei suae exponere ea protestatione quamvehementi, qua exoptat unionem suae sectae: idest, ut ipse ait, Orientis, cum Sede Apostolica in omnibus, salvis tantummodo Ritibus et constitutionibus suis, et addit « (Q. 2.) quod si inveniatur aliquid quod vobis minus placeat ex hisce, quae scripsimus, faciemus ut id placeat vobis » (1).

Hic autem sit finis documentorum atque argumentorum, quibus abunde est, ut mihi videtur, demonstratum, et unicuique ea perlegerit, nisi voluntarie caecutiat, evidenter erit compertum : in Nestorianorum traditione ac sententia, unanimiter et constanter haberi: Romanam Sedem et Romanos Pontifices in universam Ecclesiam verae Jurisdictionis et Magisterii (2) obtinere Primatum; quatenus is, ex dispositione Domini, per successionem in Cathedram B. Petri, ipsis jure competat, qui B. Petro eo pacto fuit divinitus collatus, ut esset duraturus et usque in finem saeculorum non periturus in Cathedra, quam suam Romae fixit idem Apostolorum Princeps, et cujus heredes in illo Episcopatu, ejusdem divinarum dotium

---

(Q. 2.) ܗܠܝ ܠܒܗܝܡܢܘܬܐ ܟܠܗ ܥܦܘܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒܢܢ
ܢܥܒܕ ܠܟܘܢ ܕܝܥܒܕܘܢ ܠܟܘܢ . (ܗܘܐ ܟܕ ܗܘܐ) .

(1) Est eadem plane loquutio seu clausula, qua Elias alius usus fuerat in Epistola ad Paulum V. an. 1610, ut supra retuli.

(2) Quamquam de Magisterio R. P. in specie, enucleatius et propius, agendum mihi sit in sequenti capite.

et Principatus soli possessores legitimi in perpetuum evaserunt, et agniti sunt.

Jamvero quis non ipsam veritatem Christianam et doctrinam Apostolicam heic conspicit circa hunc articulum, vel ex ista sola Nestorianorum in luce iam posita confessione? Praesertim si bene in mentem quis revocet: hujusmodi sententiam per omnes et totius, quae late patebat, Sectae illius vetustissimae aetates, et per omnia ejusdem variatissimae conditionis adjuncta, usque vigentem, interruptamque numquam, et nuspiam, non aliam certe posse habere originem praeter Apostolicam Traditionem et Fidem.

Praeterea facile comprehendo bene possibile fuisse ut per tot saecula, Nestoriani, in ceteris Christianae religionis articulis, praeter dogma Nestorianum et ejus consectaria, cum Ecclesia Romana ac proinde cum Ecclesia catholica universa concordarent et perseverarent; nihil enim id eidem Sectae in sua schismatica exsistentia officiebat; immo maxime id illi proficiebat, et bonam existimationem, et in suis libertatibus, atque adeo jactatis praerogativis, confirmationem apprime conciliabat. Ast non potest intelligi, e contra, nisi vis invincibilis veritatis supponatur, quomodo Nestoriani universim in credendo RR. PP. Primatu consentirent, et perdurarent, multo vero minus in eo articulo cudendo, vel novo amplectendo (juxta nugas S. Sedis adversariorum), quum sit hujusmodi Primatus maxime ipsis adversans, immo eversor omnino ipsorum ordinarie agendi rationis, ipsorum Autonomiae, qualis ab ipsis sibi vindicatur, Patriarcharum suorum privilegiis, suisque ipsorum praerogativis praesumptis, quibus praecipue se solos in vera fide perseverasse et suos Patriarchas, dum alias Ecclesias omnes et Patriarchas singularum earum in errores lapsos traducant, passim jactitant.

Jamvero ingenue fateor hujus tanti facti nullam me posse reperire, uno dempto revelationis lumine, seu Apostolicae Traditionis imperioso impulsu, probabilem cau-

sam: ut scilicet Universa Gens Chaldaeo-Nestoriana, illustris nimirum illius, qui dicitur Orientalis, Nationis et Ecclesiae, quae, per decem potissimum saecula, longe lateque extendebatur, per Syriam, Palaestinam, Mesopotamiam, Assyriam, Parthiam, Armeniam, Mediam, Persidem, Tartariam, Scythiam, Hyrcaniam, Chorosanam, Transoxanam, Sinam, Chataiam, Indiam, Arabiam, Babyloniam alibique, cum Romanis atque occidentalibus catholicis, nullis communicationis, amicitiae aut facilitationis cujuslibet mediis, conjuncta, nulloque partium studio pro iis, aut utilitatis fine, illecta; sed contra, ab iisdem, itineris difficultate ac fere impossibilitate, locorum longinquitate, imperio, civilibus vicissitudinibus ac conditionibus, politicis actionibus, lingua, genere, moribus, usibus, ac modis, prorsus separata ac dispar usque exsistens, Romani, nihilominus, Patriarchae Primatum, ea qua supra est expositum, authenticis prolatis monimentis, ratione, nulla non aetate, aut opportunitate, confessa atque testata sit.

CAPUT III.

DE SENTENTIA NESTORIANORUM CIRCA INERRANTIAM ROMANI PONTIFICIS, UT ECCLESIAE UNIVERSALIS DOCTORIS, MAGISTERII, EX IPSORUM MONUMENTIS DEPROMPTA.

1. Articulus iste veluti consectarium est habendus eorum, quae de B. Petri, ejusdemque in cathedra Romana successoribus, in universa Ecclesia Principatu, a Christo Domino collato, hucusque, in praecedentibus duobus capitibus, ex sententia Nestorianorum fuse exposuimus.

2. Interea est bene animadvertendum: hocce Apostolicae Traditionis caput non fuisse illico, et primis usque Ecclesiae saeculis, evolutum, atque in luce sua positum.

3. Idipsum pluribus aliis Fidei catholicae articulis accidisse compertum est.

4. Itaque usque ad quintum ferme Ecclesiae saeculum, quo Ecclesia ista Syro-Chaldaeo-Orientalis a corpore catholicitatis fuit separata, fere neque occasio facile data fuerat Rom. Pontificibus magisterium infallibile Ecclesiae Christi per sese exercendi, neque opportunitas, neque tunc temporum adjuncta: difficultas, scilicet, communicationis cum toto Orbe, persequutiones, et alia hujusmodi.

5. Quum autem primum inceptum fuisset, cum pace Ecclesiae reddita, ut praecipua et fundamentalia Religionis Christi capita impugnarentur, opportunius fuit ut tanto malo per Concilia generalia, Primum nempe et Secundum, sine mora, et solemniori quo potuisset ratione, ad haereticorum, qui totum aedificium Novae Legis a fundamentis evellere, per mysterium SS. Trinitatis negationem, conabantur, pervicaciam, per universum Orbem Christianum, retundendam.

6. Postmodum, jam coeperat in 3. et 4. Conciliis oecumenicis elucescere Rom. Pontificis magisterii auctori-

tas et exercitium: ejusdemque decretorum dogmaticorum irreformabilitas praedicari non obscure, et recognosci in Ecclesia, et ab ipsis Synodis generalibus. Ast haec duo Concilia oecumenica, et cetera sequentia omnia, in quibus, pedetentim, magis atque magis, oblata occasione, hujusmodi S. Cathedrae Apostolicae praerogativa enucleata, explicata, atque celebrata ab Ecclesia fuit, non sunt recepta a Nestorianis.

7. Mirum non est igitur si in hujus vetustae Sectae monimentis (quod et de aliis, si quae sunt, antiquis Sectis similiter dicendum) clara non reperiatur confessio aut enunciatio Privilegii hujus S. Rom. Sedis, a Christo Domino, in B. Petro, pro bono Ecclesiae, concessi.

8. Et re quidem vera, circa alia quoque plura christiana dogmata, quae explicata et definitive declarata non fuere ab Ecclesia, uti talia, nisi sero, et data opportunitate, pari fere modo sese habent antiquissimae quaecumque supersunt Sectae, et apprime haec Nostratium (1).

9. Hisce praenotatis, nihilominus, ex praejactis duobus capitibus, Argumentis, ut reor, non contemnendis, conabor ostendere: ex ipsa Nestorianorum sententia, sive directe sive indirecte, depromi: Romanorum Pontificum, in rebus Fidei vel morum Magisterium ex cathedra, infallibilitate ac irreformabilitate gaudere.

§. I.

De constanti et certissima Nestorianorum sententia, Romanus Pontifex obtinet in universa Ecclesia locum

Primum argumentum indirectum ex oracu-

(1) Sunt hujusmodi inter cetera: Status animarum corporibus exutarum usque ad diem judicii — Judicium particulare — Indulgentiae — Purgatorii locus — Minister ordinarius Sacr. Confirmationis — vera idea et causa efficiens Transubstantiationis in SS. Sac. Euch.— Cultus SS. Corporis et Cordis D. N. J. C.— Gratia et Liberum arbitrium — Conceptio Deiparae ab omni macula originali immunis — numerus praecisus et Canon Librorum Inspiratorum — omnimoda indissolubilitas Matrimonii consummati christianorum — et alia.

lis Evangelicis Petri infallibilitatem comprobantibus ad ejusdem successores applicandis *generatim* ex sententia Nestorianorum.

B. Petri (1). Jamvero Petrus quâ universalis Ecclesiae constitutus Doctor, a Christo Domino donatus fuit infallibilitate in docendo, et in rebus fidei vel morum decernendis.

Nam 1. factus fuit Ecclesiae ipsius fundamentum, quae maxime in Fide et veritate fundata est; totum proinde Ecclesiae aedificium seu tota fides ejus super Petrum basim habuit (2): si igitur ipse Petrus potuisset errare, tota Ecclesia ruisset, et in potestatem tenebrarum et haeresis incidisset, contra Christi absolutam et necessariam pollicitationem.

2. Fundamentum relate ad domum est instar capitis relate ad corpus. Est praeterea Ecclesia Corpus morale Christi perenne, vivens et aspectabile, cui proinde datus fuit ab ipso divino Fundatore, vice sua, Petrus, Caput visibile; at ad caput pertinet totius corporis directio, ita, ut si caput vertigine laboret, et male quae recte sint agenda indicet; inevitabile prorsus evadat ejusdem periculum et aberratio.

3. Petrus, ut Caput Ecclesiae, donatus fuit clavi scientiae, et potestate ad viam Regni caelorum dirigendi, et illuc introducendi; quod praecipue et unice primum per veri scientiam, tum per ejusdem observantiam attingitur: ergo Petrus ad illud munus sine erroris periculo exercendum, et auctoritatem et privilegium necessario accepit.

4. Petro, ut Ecclesiae Capiti, contulit Christus potestatem ligandi et solvendi quidquid absolute ad salu-

---

(1) Sunt ipsissima celeberrima verba supra allata ex Epitome Canon. Sinodic. Ebedjesu Sobensis, de quo Auctore iterum mox.

(2) Superfluum esse duco observare in lingua Syro-chaldaica, qua loquutus est Christus, nomen Kepa ܟܐܦܐ utrobique idem esse, et adhibitum: tum dicendo: *Tu es Kepa (Petra seu Petrus):* tum dicendo *et super hanc* Kepa *(Petram):* Kepam (scilicet *Petram*) illum tunc vocavit, sicut promiserat (in Joanne) dicens illi: *Tu vocaberis Kepa.* Porro, hac de re, postquam studium hujus nostrae linguae Syriacae seu Aramaicae invaluit in Europa, non amplius repetunt, ni fallor, Protestantes hujusmodi IGNORANTIAE ridiculum olim Achillem suum.

tem et bonum regimen animarum spirituale conferat; quod est praecise in discernendo vero a falso, in proscribendis erroneis doctrinis, in ostendenda recta, circa fidem et conscientiam, sententia. Haec autem sine auctoritate erroris nescia non consistunt.

5. Petro creditus fuit totus Christi Grex pascendus. Boni autem Pastoris est primum munus praebendi ovibus pascua sana, et avertendi illas a pestiferis: sanam igitur doctrinam ab erronea discernere, et exhibere, Petri fuit; quod sine magisterio erroris immuni exerceri nequaquam potest.

6. Petrus jussus a Christo Domino fuit, ut, commotis scandalis, et concussis Ecclesiae doctoribus, aliquando, ipse, cui Pastor aeternus pollicitus est plenitudinem et immobilitatem Fidei, sua vice, opportuno nempe tempore (1), fratres suos confirmaret; quod, quum ex ipso Christi verbo, et ex natura muneris sibi commissi, sine aucto-

---

(1) Etenim in lingua syriaca sive chaldaica, cujus dialecto loquebatur Christus, sicuti et tota Palaestina, verbum in imperativo ܗܦܟ *convertere*, quod τῷ *conversus* Vulgatae Latinae respondet, in simili loquendi ratione, non conversionem significat sed aequivalet vocibus *tua vice, tempore opportuno: cito: sine cunctatione*, et aliis hujusmodi. Id, quod in linguis semiticis commune est, et possem allatis exemplis demonstrare, indicasse hic sufficiat. (Cfr. Psalm. 6. v. 7. Vers. Syriac. et respond. Psal. v. 4. hebraice, ubi שׁוּבָה pro Syr. ܗܦܟ eodem sensu est.) Non igitur illud *conversus* ad conversionem Petri e crimine negationis, saltem tantummodo, debet intelligi; nam praeterquam quod vox Syro-chaldaica id non necessario, per se, importet, adsunt et rationes Hermeutices, quibus, consideratis Christi loquentis scopo, substrata materia, et adjunctis temporis, evidenter fateri adigimur: oraculo illo solemni Christum Dominum, miseria illa momentanea Petri posthabita, ut in sapientissimo suo erat more, occasionem ex proxima Discipulorum agitatione nactum, de futuris in saeculis longaevis, scandalis, fideliumque in Fide titubationibus, atque de necessitate tantis periculis, per Magisterium Veritatis, operâ Primi Fratris et Pastoris, omni cum sollicitudine subveniendi, sermonem, promissionem, jussionemque opportune instituisse.

ritate mentes captivante, implere non potuisset Petrus, dicendus charisma Inerrantiae in Magisterio, ipso actu, accepisse.

7. Quae vero singula oracula a Nestorianis, explicato sensu, accipi, non obscure innuitur tum in supra jam relatis (1), tum in infra afferendis. Unum tantummodo heic inseram testimonium ex saepe jam laudato Corpore Juris Ecclesiastici totius communionis Nestorianae.

Quod documentum eo libentius hunc in locum adducam quod

1. Quum de Principatu B. Petri c. 1. esset sermo, ne prolixior essem, illud ad hanc occasionem reservaverim (2); et quod

2. In ipso memorentur omnia et tria oracula divina et praesertim illud Lucae XXII. 32. quod in quaestione Magisterii B. Petri et ejus successorum specialis exsistit ponderis.

Ceterum locus iste Epitomes Sobenis etsi de Patriarchatus in genere, ut mos est Nestorianorum, institutione est directe prolatus, de Beato Petro tamen, proindeque de ejus solis in cathedra successoribus, ob nexum, subjectum, seriemque totam loquutionis est jure intelligendus, et ar-

---

(1) Recole quae in horum divinorum oraculorum dilucidationem, atque penes Nostrates acceptionem supra retuli c. 1. praesertim n. III. ex Officio Sanctorum n. VII. ex Anbarensi et n. VIII. ex Benattibo. Nihilominus non possum non dolere, me non potuisse, abundantiae licet gratia, heic invenire, atque allegare, in rem nostram, duos alios auctores Nestorianos maxima apud suos auctoritate pollentes, quorum rarissima et pretiosa opera in manuscriptis chaldaicis in Patrio solo habeo. Horum alter est Jesudadus Hadithae ad Maussul, Episcopus, an. Christi 850. clarus, in sua *Dilucidatione ad Nov. Foed.* Alter est fama inclytus Theodorus Mopsuestenus a Nestorianis Doctor oecumenicus, et Commentator per antonomasiam dictus et habitus, in suo Eruditis desideratissimo *Commentario* in Joannem, cujus exemplar in Codice unico Chaldaico, anno superiori a me, maximo cum gaudio, in Coenobio S. Georgii ad Tigrim, prope Maussul repertum, nescio an uspiam alibi habeat exemplum.

(2) Videsis supra c. 1. n. XII.

gumento, ut aiunt, ad hominem, hisce prae ceteris Patriarchis, et quidem *solis* vindicandus (1). Sic vero se habet istud documentum « (L. 5.) Veteres tradunt: Christum Patriarchatum, qui est principatuum principatus in Ecclesia, tum mysteriose instituisse, cum claves Regni Caelorum dedit Simoni, quo actu, ipsum principem Apostolorum constituit Salvator: Vicariatum autem (seu praefecturam) super eorundem universitatem donavit illi, quum diceret: Tu quoque aliquando convertere et confirma fratres tuos: Jurisdictionem vero super totam Rempublicam (seu universitatem) catechumenorum (seu eorum qui discipuli fiunt, et Credentes) illi concessit per pastorale munus, quo pasceret agnos, oves et pecora. » Quid clarius quidve splendidius posset in Codicem referri Nestorianorum, in rem nostram (L. 6.)?

---

(1) Nonne, paullo post haec verba, eadem Epitoma ista, Parte scilicet IX., testabitur (quod supra heic et alibi quoque citavi), Rom. Pontificem solum, prae ceteris Patriarchis, locum Simeonis Petri et auctoritatem obtinere in tota Ecclesia?

(L. 5.) En textus originalis: ex cit. Epist. Sob. T. 2. part. IV. c. 1.

ܡܢ ܕܐܝܟ ܕܡܬܝܠܝܢ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܕܫܠܝܛܘܬܐ ܕܒܥܕܬܐ ܕܒܟܢܝܫܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܕܝܗܒ ܠܗ ܡܦܬܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܗܝ ܫܠܝܛܘܬܐ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܕܥܠ ܟܠܗ ܫܘܪܝܐ ܕܡܬܝܠܝܢ ܕܡܬܬܠܝ ܠܗ ܕܐܦ ܐܢܬ ܬܗܦܟ ܘܬܬܩܢ ܐܚܝܟ ܘܠܗ ܡܫܠܝܛ ܗܘܐ ܠܡܪܥܐ ܕܥܠ ܟܠ

§. II.

Secundum argumentum indirectum ex iis, quae in Officio

Inter ea, quae supra c. 1. n. III. ex Officio divino de Petri Principatu attuli, sequentia habentur «Petrus cui Dominus dedit Claves Thesauri spiritualis: Petre, tu es

---

ܒܪܝܟ : ܦܝܬܐ ܕܠܓܠܐ ܡܠܟܬܗ ܟܣܦܐ ܡܠܟ ܩܕܡܝܐ. ܒܬܪ ܥܬܪܐ
ܕܫܡܝܢܐ ܕܫܡܝܢ ܚܕܬܐ : ܣܕܪܗܕܬܐ ܬܪܝܢ ܕܩܠܝܣܝܐ ܫܠܝܐ
ܒܪܝܟ. ܕܒܝܬ ܥܡܗ ܐܝܟ ܡܠܟܬܐ ܕܐܒܝܟ : ܠܡܢ
ܕܐܦ ܕܒܠܕܗܘܢ ܥܠܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܟܐ. ܠܡ ܡܠܝܠ ܠܐ ܡܠܢܢ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܠܗܘܬܐ : ܐܠܐ ܡܢ ܟܠ ܠܐ ܠܡ ܕܟܠ ܥܬܝܐ ܠܒܪܝܟ ܕܐܒܝ.
ܡܬܟܠ ܕܥܡܠ ܠܐ ܡܫܡܥܬܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܕܟܠܗ ܗܘܐ ܡܠ
ܡܝܪܕܐ ܡܢ ܡܫܡܥ. ܡܫܬܢ ܟܝ ܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚ. ܡܢ ܕܐܝ ܕܡܠ
ܡܠ ܕܐܪܒܥܝܢ ܡܫܬܐ ܡܠܟܐ ܕܡܝ ܐܝܟܐ. ܡܢܢ ܕܡܠ ܕܡܠ
ܕܡܠܟܐ ܡܢܠܟܐ : ܠܐ ܡܢ ܡܫܡܥܬܐ ܕܒ ܐܝܟ ܕܐܬܪܥܝ ...
ܕܡܠܟ ܒܗ ܠܡܠ ܕܡ : ܠܡܠ ܡܢ ܡܠܟ ܕܡ ܕܡ ܕܡ ܕܡ ܕܡ ܕ
ܠܡ ܐܪܒܥ ܡܝ ܕܡܬܢ. ܡܢܢ ܕܡ ܕܡ ܕܡ ܕܡ ܕ
ܠܡ : ܕܡܝܢ ܒܠܕܢܐ ܕܡ ܕܡ ܕܡ. ܕܡ ܕ
ܒܠ ܕܡ ܠܡ ܡܠ ܕܡ : ܡܠ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ
ܡܠ ܒܪܝܟ. (ܡܝ ܐܝܟ ܕܡ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ ܕ)

« Ordinem pulcherrimum perfecit amore Sponsus Novus, et scripsit Sponsae Regnum caelorum in dotem. Dedit dona impositionis manuum novi Sacerdotii, et in Caesarea Philippi fundavit Ecclesiam, quum Simoni fecit promissionem rerum futurarum dicens: *Tu es Petra, super quam ponemus basim: Tibi committo Claves Regni Divinitatis: super Te aedificabo* ceu super *lapidem Ecclesiam* formosam, *quam non vincent* terroribus *Serae Inferorum;* etenim Petra vincit, minime vincitur difficultatibus. Debacchati equidem sunt in Eam venti Judaismi et Idololatriae; at nequaquam eam commovere spiritus et fluctus erroris. Doctores Populi (Judaei) et Reges populorum (Gentilium) et exercitus eorum numquam praevaluerunt illi, quamquam modis flagitiosis et tragicis dimicaverint... Erga Te, o Ecclesia, confectum et completum fuit verbum illud: quod scil. *Deus est in medio illius nec commovebitur adver-*

fundamentum: super Petrum extruxit Dominus Ecclesiam suam fidelem: Charisma, quod Simon accepit excipitur per successionem, in omnibus generationibus, et perficit fideles: Iste est S. Simeon, super quem positum et plantatum est fundamentum Ecclesiae; et idcirco omnes Tyranni non vincent eam. » Rursus in officio BB. Petri et Pauli feriae VI. 2. post Epiphaniam. « Ait Ecclesia: unus eorum (duorum) est Simeon Cephas Princeps Pastorum meorum, super cujus firmitatis confessionem fortificatae exsistunt bases meae. Ecclesia posita est super fundamentum lapidis et Petrae veritatis (vel firmitatis) Simonis Capitis Duodecim (Discipulorum).... » (B. 6.).

Divino de Beato Petro praedicantur, quaeque inerrantiae donum supponunt in Ipso.

Haec porro charismata et attributa quum nequeant cum errore consociari, sintque praeterea Petro concessa et credita, quatenus erat Princeps Ecclesiae constitutus a Christo Domino, consequenter eadem in ejus successoribus Romanis Pontificibus sunt confitenda, ex Nestorianorum utique confessione et principiis, q. e. d.

---

sitatibus. Foedus aeternum quod tibi sancivit, sit in *signum firmitatis* filiorum tuorum tum *ovium,* tum *Pastorum:* CAPUT tuum exaltetur super omnes *gentes,* omnesque *Sectas,* et super te adveniat omne genus benedictionum et laetitiarum.» Vides ne, juxta hunc hymnum, de more suo, Nestorianos ita indefectibilitatem, atque Inerrantiam Ecclesiae una simul ab uno divinitus posito *fundamento* nempe *Petra* explicite et asseveranter derivare, ut adstruant, hoc modo et pacto, et foedus initum fuisse, et pollicitationes adimpletas Christi, et oracula Scripturarum de Ecclesiae robore comprobari? Imo aperte docent ob PETRAE firmitatem non *ovium* solum sed et *Pastorum* h. e. Episcoporum in securo poni, et vim suam acquirere Fidei stabilitatem, et sic CAPUT Ecclesiae triumpho, et exultatione potiri super omnes ceteras, quae in mundo sunt, Communiones, eodem charactere divino minime insignitas.

(B.6.) Quum hos alios textus non attulissem in cit. c.1. nn. II. et III. heic accipe: ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܕܝܗ ܕܫܪܐ ܥܠ ܟܠܗܝܢ ܕܟܠ ܥܡܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠ ܥܡܡܐ ... ܕܟܝܐ ܫܪܝܪܐ ܕܟܠ ܥܡܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠ ܥܡܡܐ. (ܡܢ ܐܘܬܪܐ ܕܒܝܕܟ ܫܪܝܬ ܠܥܡܡܐ ܕܟܠ ܥܡܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠ ܥܡܡܐ.)

§. III.

Tertium argumentum indirectum ex Anbarensi de B. Petro dissente petitum.

Multa pariter quae inter asserta ab Elia Anbarensi Episcopo reperiuntur, et quae allegavi in cit. c. 1. n. VII. idipsum conficiunt, quoad nostram propositionem. Etenim ibi dicitur Petrus *Vicarius, locum tenens, vicem, characterem, imaginemque Christi gestans, in perpetuum: Mediator inter nos et Christum, uti est Christus relate ad Patrem: particeps ejusdem Christi Firmitatis:* fundamentum Fidei non *transiturum* in aeternum: *Basis* et *lapis* angularis Ecclesiae, et *petra* aedificii Religionis seu *Confessionis Fidei: Petra iterum persistens in ventis et pluviis, et tempestatibus: et in signum et notificationem Firmitatis Fidei.* Rursus dicitur accepisse *Clavem docendi gentes, et muneris parturiendi filios Deo, quae Clavis per ipsum perhibetur pervenire ad Pontifices et sacerdotes doctores Ecclesiae:* praedicatur insuper: *Fundamentum Fidei et Veritatis, et Petra, qua per fidem conjungantur gentes cum Populo (Dei)* etc. Jamvero haec si consideres, nullum restat tibi dubium de infallibili magisterio B. Petri quâ caput, Rector, Pastor, et Doctor Ecclesiae fuit constitutus, et quidem ea lege, ut *non esset cessaturus* usque in saecula: ac ut proinde dotes illas omnes in successores suos Romanos Pontifices esset tranfusurus. Quae omnia diserte docet inter Nestorianos theologus magnus Anbarae Episcopus, q. e. d.

§. IV.

Quartum argumentum de B. Petri magisterio ex Benattibo.

Abulphargius Ben-Attibus Presbyter et Doctor Bagdadensis, in locis jam c. 1. n. VIII. allatis: In Commentario ad Matth. XVI. 18. ait «Illud: *super hanc Petram aedificabo* etc. significat: Rempublicam Christianam seu Ec-

clesiam (1) te, Petre, sequi debere (2) in Fidei *Symbolo* (3), et in *Confessione:* Et illud: *quidquid ligaveris* etc. significat: quidquid decreveris super terram circa ea, quae haec lex mea (seu Religio) exigit, erit decretum et in Caelis: Et illud: *tibi dabo claves* etc. significat: tibi committo, seu tui muneris et curae facio (4) legem meam (5) et Evangelium seu praedicationem Doctrinae (6) meae.» Et in paraphrasi loci Joannis c. 21. ait « Dixit (Christus) illi: *Si tu* me *diligis*... impertire mea charismata, dona scientiae meae et Thesaurorum Religionis meae, CREDENTIBUS in me .... ut DOCEAS OMNES HOMINES SCIENTIAM VERITATIS et *praecepta* evangelica, quibus ii conducantur ad vitam aeternam. » Et alibi in eundem locum scribit « Pasce, mea vice, OMNES omnino fideles ... *principales* (seu *praesules*) eorum (7), medios et infimos. »

Porro huiusmodi loquutiones tum in sese, tum ex tota sermonis serie et substrata materia suadent 1° B. Petro concessum fuisse a Christo, ex modo explicandi Nestorianorum hosce textus divinos, magisterium supremum, et obligatorium in rebus Religionis ab omnibus sequendum, ac proinde infallibile; 2° hujusmodi praerogativam Petro soli donatam, licet in praemium, at uti Ec-

---

(1) Ipse eo loco glossans vocem بيعة ecclesiam, significare dicit جماعة Congregationem seu Rempublicam (ital. Communità).

(2) Sic vertendum verbum تتبعك sensu obligatorio et imperativo, quod usus loquendi non prohibet, substrata autem materia postulat.

(3) Vox امانة Symbolum Fidei significat potius quam Fidem, in usu ecclesiastico.

(4) Hunc sensum expostulat verbum قلّد يقلّد تقليداً

(5) Sic sonat vox سُنّة

(6) Sic importat usus vocis بشارة apud Christianos arabes.

(7) Sic vult loquutio arabica: الراس منهم Recole totam dictionem originalem l. c.

clesiae Rectori et totius Reipublicae Christianae Universali ac Supremo Pastori constituto, ad docendos omnes, et *singulos* Doctores et Discipulos quae *credenda* et *observanda* sunt ad salutem acquirendam (G. 2.). Ergo idipsum est B. Petro successoribus in ejus cathedra attribuendum, juxta ipsorum Nestorianorum principia: q. e. d.

§. V.

Quintum et sextum argumenta pro Rom. Pont. magisterii irreformabilitate, rationibus indirecte quidem, sed optime concludentibus innixa ex paritate, ut ajunt, de minori ad majus, a fortiori, et ad hominem; ex iis, nimirum, quae Nestoriani de suis Patriarchis praedicant et tenent, in pari quaestione.

In Codice Canonum Nestorianorum iam crebro laudato de ipsorum Patriarchis sequentia decreta et rigorose custodienda habentur:

I°. c. 5. Par. IX. t. 2. « Statuimus (ajunt Patres occidentales, abolita Constitutione priori, qua judicium Patriarchae seu Primatis Orientis ipsis Patriarchis occidentalibus reservabatur), statuimus, ajunt, judicem omnium Christianorum, qui in Oriente sunt, Patriarcham exsistere: Patriarchae autem judicem esse Christum» (L. 7.). Et rursus « Ipse Patriarcha sit judex et vindex in universa Ecclesia Orientis, et ipse dominetur et gubernet » (L. 8.). Et

---

(G. 2.) Sane eodem loco ait Benattibus « illud (Christi effatum): Tu es Petra — significat: tu es fundamentum Fidei et Confessionis, et hoc est (N. B.) PRAEMIUM *Confessionis ejus:* » وقولهُ انــت الصفــا يريداساس الامانة والاقرار وهذا هو الجزآء على الاقرار (نصّهُ القس فرج الله بن الطيب البغدادىّ النسطورىّ).

(L.7.) Epit. Can. Synod. Sobens. c. 5. par. 9. t. 2. accipe textum chaldaicum:

ܒܝܬ ܦܓܪܐ : ܘ : ܒܡܠܬܐ : ܕ : ܒܪܝܫܐ : ܕ : ܒܕܢܚܐ
ܕܥܕܬܐ ܗܘܝܬܒܝܢ ܒܡܕܒܚܐ ܕܒܝܬ ܐܒܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ : ܠܡܕܒܚ : (ܡܢ ܡܫܬܐ) ܕܦܬܪܐ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܒܟܠ ܥܕܬܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܘܢܗܘܐ ܦܛܪܝܪܟܐ
ܗܘ ܕܝܢܐ ܘܡܪܝܐ ܕܟܠ ܒܢܝ ܢܫܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ (L.8.)
ܕܡܫܝܚܐ. ܘܗܘ ܢܗܘܐ ܡܪܝܐ ܕܟܠ.

(L.8.) ܗܘ ܦܛܪܝܪܟܐ ܢܗܘ ܕܝܢܐ ܘܡܪܝܐ ܕܟܠ ܒܢܝ ܢܫܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܢܗܘܐ ܡܪܝܐ ܕܟܠ.

ex Synodo Dadjesu «Itaque quicumque sit, a catholico (Primate) (1) et infra, discipulus est, et subditus, et judicandus (seu judiciis obnoxius) est ab ipso Catholico (Primate); et alacriter obtemperet omni definitioni seu decreto quod ab ipso emanetur, et nos Archiepiscopi et Episcopi, et qui veniet post nos, obtemperabimus et consensum praestabimus, sive longe sive prope inveniamur, omnibus, quae aget Paternitas Patris nostri Domini Catholici, et qui erunt in ejus sede post ipsum. Haec definimus, approbamus, et decernimus in verbo SS. Trinitatis Dominae saeculorum» (L. 9.). Hisce positis sic arguo.

a) Si ille, qui ab ipsis Nestorianis, omnibus pene ceteris Patriarchis habetur ut numero minor, nihilominus, ob bonum et pacem Ecclesiae, constituitur in absoluta potestate super cunctis negotiis, et eximitur a judicio suorum ipsius superiorum, et, multo fortius, subditorum, cujuscumque gradus sint, nonne potiore, aut pari saltem jure, vel ipsorum Nestorianorum sententia, idem est de Romano Pontifice sentiendum?

b) Si decreta quaelibet generatim a Patriarcha Orien-

(L.9.) ܡܢܝܢ ܕܐܬܝܐ ܒܬܪܝܗܘܢ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢ ܩܕܡ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܡܪܝܢ ܕܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܬܝܐ ܠܬܪܝܗ ܕܡܪܝ ܩܬܘܠܝܩܐ. ܡܢܝܢ ܕܢܥܒܕ ܠܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܬܝܗ ܡܢ ܩܕܡ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܡܪܝ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܢܬܝܗ ܒܬܪܝܗ

tis emanata debent a subjectis quibuslibet observari alacriter, potiori jure, idipsum attribuendum Patriarcharum omnium Episcopo, et Universitatis superiori, similia agenti: et hoc juxta principia ab ipsis Nestorianis admissa.

c) Sane ex eodem Nestorianorum Codice et sententia, ut vidimus: eodem modo se habet Patriarcha Romanus relate ad ceteros patriarchas et universitatem fidelium, quo se habet Patriarcha quisque, ac proinde et Seleuciensis, seu Orientalium, erga suam Ecclesiam. Ast hujus, in omnibus, judex est solus Christus. Ergo et, pariter saltem, Romani Pontificis solus judex est Christus; et consequenter ejus decreta absolute quidem quaelibet, pro suo munere emanata, sunt irreformabilia.

d) Quod urgere licet eo vel magis, quod hujusmodi privilegium Patriarchae seu Catholico Orientis, in Dadjesu Synodo, ea ratione adscribitur et vindicatur, quatenus particeps exhibetur memoratus Primas Privilegii a Christo Dño B. Petro concessi. Igitur multo majori jure debet id sibi vindicare, qui vere et legitime solus exsistit Petri successor, et qui hujusmodi propterea privilegii plene et adaequate heres instituitur (1). Quae omnia, quum ipsis Nestorianorum principiis consonent, ex iisdemque inferantur, assertionem nostram apprime comprobant (2).

II°. Timotheus I. Patriarcha Nestorianus saec. IX. celeberrimus, canonem publicavit in synodo Bagdadi habita an. Imperii Arab. 174, quem confirmavit rursum in altera synodo an. 189 ejusdem Imperii, et qui ab Ecclesia Nestoriana receptus, a nostro Ebedjesu Metropolita Nisibis

---

(1) Confer Canonem Synodi Dadjesu mox citatum cum jam supra c. 1. n. IV. allegatis ejusdem Synodi, in eandem rem, Decreti, ab Agapito ceterisque Patribus prolatis, verbis.

(2) Istud et sequens argumentum, una simul, et breviter delibavi in Epistola scripta ad Rm̃um DD. Jac. M. I. jam Episcopum Lucionensem, quae una cum ejusdem cl. Praesulis in rem Responso prodiit nuper typis Petri H. F. Marietti Taurini 1870 impressa.

seu Sobae in hac Epitome Canonum ut Regula in Foro ecclesiastico observata semper, et tunc renovata, fuit insertus c. 6. ejusd. Par. IX. t. 2. De supremo et irreformabili Magisterio Patriarchae haec constitutio agit, circa librorum examen et judicium. In isto igitur Decreto Timotheus, similitudine ex nummo desumpta, cui impressum sit oportet signum seu sigillum Regis, ut verum ac validum evadat, et a falso discernatur, etiamsi ipse in sua materia non sit falsificatus, pergit ingeniose demonstrare necessitatem decreti Patriarchae, ut vera dignoscatur doctrina et recipiatur, vel falsa et rejiciatur atque condemnetur. Sic autem disserit (L.10.) «Simili modo et in Ecclesia catholi-

---

(L.10) ܕܝܢܐ ܕܥܠܐ: ܐܝܟܡܐܠܝܐ ܕܠܐܬܐ ܫܘܬܦܝܬܐ ܕܫܘܬܦܐ
ܕܝܕܥܐ ܕܥܒܝܐ ܡܢܐ ܡܥܕܝܢ ܠܡܕܝܢ ܕܒܝܬܐ. ܡܝܢܐ ܕܫܘܬܦܐ
ܕܐܬܐ. ܕܒܝܬ ܕܥܒܝܐ ܡܢܐ ܡܝܡܪܝܢ ܕܡܝܢܐ ܕܒܝܬܐ. ܕܐܬ
ܡܢ ܕܝܢ ܕܒܡܝܢ ܕܠܐ ܕܥܒܝܐ ܡܢܐ ܕܥܒܝܐ ܕܠܐ ܡܬܬܝܢ:
ܕܐܝܟ ܡܕܝܢܐ ܡܠܟܐ ܕܒܠܟܡܢܐ ܕܒܕܐ ܠܐܬܐ ܠܐ ܐܝ ܠܝ
ܕܡܠܝ ܒܠܟܐ ܡܢܐ ܕܐ ܕܫܘܝܕ ܠܝ ܒܠ ܡܢܐ ܠܝܕܐ ܕܒܝܬܐ
ܒܠܟܐ ܕܒܠܝ ܕܒܝ ܡܐܝܕܝܢ ܕܢܢܐ ܡܠܝܢ ܕܒܠܟܐ. ܕܝ
ܕܒܠܟܐ ܕܡܝ ܠܐ ܕܐ ܠܝ ܕܡܝܢ. ܠܐ ܠܐ ܕܠܐ ܕܡܝܢ
ܕܐ ܕܒܝܬ ... ܡܕܝ ܕܡܝܢ ܕܐܝܟ ܕܒܝܬ ܕܐ
ܕܡ ܕܡܝ ܕܒܝܬ ܕܐ ܕܡܝ. ܕܒܝ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ. ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܒܝ ... ܡܕܝ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܡ ܕܐ ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ܕܡ ܕܐ
ܕܡ ܕܐ ... ܕܐ ... ܕܐ ... ܕܐ ... ܕܐ ... ܕܐ
ܕܡ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...
ܕ ... ...

ca (1), quae est civitas Regia Regis caelestis, Minister qui-

---

ܐܠܗܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ. ܐܠܗ ܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܕܫܡܝܐ.
ܐܝܟ ܡܢ ܩܕܡܝܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܒܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܐܝܟ ܕܒܝܬ. ܡܬܚܙܐ ܐܝܟ ܚܠܡܐ ܕܒܠܒܐ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܫܡܝܐ ܗܘܐ. ܐܢܬܝ ܐܦ ܕܫܡܝܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ
ܗܝ ܕܐܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܟܠ ܕܒܝܬ ܐܠܗ ܒܗ ܠܐ ܡܬܚܙܐ
ܕܐܠܗ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ.
ܡܢ ܕܐܠܗ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ
ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܒܠܒ ܐܦ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ
ܕܫܡܝܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ.... ܐܝܬ ܒܗ ܐܦ
ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ
ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ
ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ
ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ
ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ
ܕܫܡܝܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ. ܡܢ
ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ
ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܠܗ ܕܩܪܝܬܐ
ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ... ܐܠܦ ܒܝ ܕܢܬܢ ܠܗ (ܠܐ ܠܐ ܠܐ
ܡܠܬܐ) ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܬ ܐܝܟ ܐܝܟ ܒܝܬ ܐܝܟ ܒܝܬ ܐܝܟ
ܕܐܝܬ ... ܐܠ ܡܢ ܩܕܡ ܕܩܪܝܬܐ ܕܐܠܗ ܕܫܡܝܐ ܐܠ
ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ. ܐܠ ܒܝ ܠܐ ܩܕܡ ܐܠ ܒܝܬ
ܕܐܠܗ. ܐܠ ܒܝܬ ܕܐܠܗ.

(1) Sic catholicam etiam suam appellant, et praesertim antiquitus appellabant, Ecclesiam Nestoriani, non eo sensu quo distinguatur ab aliis; sed sensu universalitatis relativae potius, et extensionis, ubicumque, scilicet, reperiantur suae Professioni adhaerentes. Quandoque etiam hoc nomine una comprehendunt aliarum Communionum Congregationes quae in substantialibus, ut ipsis videtur, non discrepant. Nihilominus non dissimulandum: Nestorianos suam Communionem *solam* veram Christi Ecclesiam constituere, omnisque defectionis et maculae immunem persistere, ut plurimum, dictitare, ut jam adnotavi.

dam est Regi Regum caelesti super nummos praepositus, et habet sigillum regium illius, quo imprimendi sunt *nummi rationales* Imperii ipsius... Iste vero Minister, qui hoc munere fungitur, Patriarcha est, sive, si plus placet, Catholicus (h. e. Primas)... Itaque, cui creditum fuit sigillum hoc, et cujus manibus est depositus typus regius primus est Patriarcha, quemadmodum Dominus Regni dixit Petro: *Tibi dabo claves Regni caelorum:....* Quod si aliquis ausus fuerit sine jussu illius, cui typus creditus fuit, nummos cudere rationales et signare, licet eadem prorsus figura et similitudine veri typi; attamen, quia praeter recognitionem Depositarii Regii, cui creditum fuit munus et signum, formidabilis poenae dignus efficitur... Quid porro opus est hujusmodi verbis? Consuetudo sane vetusta obtinebat et observabatur in Ecclesia Dei, ut nullus Doctorum accederet ex se ipso ad aliquam interpretationem (scripturae Sacrae nimirum), vel Commentarium proferendum, neque ad elucubrationem aliquam conscribendam absque jussu et permissu illius, qui gubernacula universalis Ecclesiae Regiminis tenet, et moderatur: hoc modo egerunt omnes qui Commentarium protulerunt, et opera conscripserunt; scilicet opera, quae componebant vel interpretationes, aut commentaria, si quae conscribebant, antequam publici juris facerent, ad Patriarcham mittebant, vel ipsimet ea afferebant. Patriarcha autem si ipse per se poterat examinare illa scripta, id faciebat juxta scientiam propriam, sive admittendo ea simul et coronando, sive excludendo ab Ecclesia et condemnando » prosequitur heic Timotheus exempla antiquitatis id confirmantia adducendo.... et subdit « si autem Patriarcha per sese, et sua ipsius intelligentia, non erat capax examen hujusmodi scriptorum instituendi et perficiendi, ad hoc advocabat Episcopos peritos et Doctores expertos (1); et, hac ratione, conficiebatur communi eo-

(1) Non vero hinc videtur teneri, ad hoc, Synodum aliquam Episcoporum, et multo minus oecumenicam Patriarcha cogere.

rum opera decretum, de recipiendis aut rejiciendis libris atque elucubrationibus illis. Talis erat Veterum canon. Sic et in diebus nostris... » pergit enumerare exempla, quae in suo Patriarchatu locum habuere, agendi rationis erga ipsum, Doctorum perillustrium, obsequii scilicet supremi, eum quidem in modum, ut libenter « protestati, ait, sint: sua scripta sin minus acceptabilia ipsi viderentur, igne cremanda, aut mari projicienda esse. »

Profecto non vacat, nec opus est in hisce satis clare pro illa aetate et statu rerum a Timotheo sive decretis, sive de antiqua traditione prolatis, commentandis immorari.

Solummodo animadverto: juxta hunc canonem, Patriarcham aut considerandum ut caput Ecclesiae particularis; aut ut caput Universalis: Si primum; ergo a fortiori idipsum privilegium erit affirmandum et attribuendum Romano Patriarchae, utpote universali, et omnium ceterorum Principi: Hoc enim ipsorum Nestorianorum concessa principia postulant, ut saltem eodem jure gaudeat qui totam moderatur Ecclesiam, quo qui partem illius.

Praesertim quum oraculum Christi, super quod, ut vidimus, fundat Timotheus hujusmodi juris originem et firmitatem, ad Simeonem Petrum sit directum, cujus proprie successor et locum tenens solus exsistit Romanae Ecclesiae Patriarcha. Quod jam ostensum est a Nestorianis doceri et credi, et nominatim, in ipso hoc Epitome Ebedjesu, et ab ipso hoc Timotheo I° alibi (1).

Si vero secundum, h. e. si Patriarcha heic accipitur ceu caput totius Ecclesiae catholicae in vero sensu (quod a mente Timothei, licet cum contradictione sibi ipsi, non videtur alienum, consideratis loquutionis serie et indole), tunc, ea hypothesi, emendato errore, et instituto argumento, ut ajunt, ad hominem, uni Romano Pontifici, utpote unice veraci et legitimo totius Ecclesiae Christi

(1) Cfr. c. 2. supra, §. IV. et §. VIII.

capiti, ad ceterorum, per consequentiam naturalem, exclusionem, tantum Privilegium attribuere cogentur Nestoriani. Q. E. D.

§. VI.

Septimum argumentum directum de Ecclesiae Romanae magisterii indefectibilitate ex testimonio Narsetis magni Nestorianorum Doctoris saeculi V.

Narses presbyter et Doctor Nestorianus in testimonio jam capp. 1° et 2° allato (1) haec canit « Princeps Discipulorum piscatus est civitatem Principatus, et ceu *in capite,* in illa plantavit *oculos Fidei.* » Ast, ut in figura insistamus, oculi in capite, relate ad totum Corpus, se habent instar lucernae domus super candelabrum positae: et instar Solis in firmamento relate ad terram vel ad Universum nostrum: et instar lucis in tenebroso loco. Patet autem non posse dirigi Corpus absque oculis, sicut nec mundus absque Sole: Nec potest lumen degenerari in tenebras; Nam « *si lumen quod in nobis est fit tenebrae, tenebrae quid erunt?* » ait Christus. Fixit autem Petrus, certe sic disponente Domino, ex sententia Narsaei, oculos seu lumen Fidei in Ecclesia Romana ceu in capite: ergo

1°. Et ipsa semper Caput erit, ne Oculi extra caput reperiantur, ut in monstro, et contra constitutionem Apostolorum Principis. In hoc autem est primatus Ecclesiae Romanae. Ergo

2°. Et ipsa Rom. Ecclesia in fide numquam errabit; immo ipsa totam Ecclesiam veritatis doctrina et luce illustrabit; apud ipsam enim praesident *oculi Fidei.* In hoc autem est Magisterii indefectibilitas et inerrantia. Jamvero quidquid de Romanae Ecclesiae primatu dictum cernimus et praedicatum ad ejusdem Episcopum principaliter pertinet; immo et ex ipso necessario fluit, propter Petri cathedram, et in ejusdem Episcopatum et principatum successionem. Q. E. D.

---

(1) Quod confer cap. 1. n. V. et c. 2. §. V., ubi et textum originalem chaldaice recensui ex ejus sermonibus seu Carminibus de Evangelistis, et de Pentecoste.

§. VII.

Octavum argumentum directum de Rom. Ecclesiae indefectibilitate ex Offic. Divin. et sanctorum AA. Petri et Pauli depromptum.

In allato supra, c. I. n. II. ex Officio Circuli Anni Documento sic canunt Nestoriani (1) « Beata es Roma celeberrima, Regalis civitas, Sponsi Caelestis Ancilla, in qua, ceu in portu, positi sunt duo praecones veritatis: Petrus ille Apostolorum Princeps, super cujus firmitatem construxit Salvator Ecclesiam suam Sanctam, et Paulus Doctor Gentium etc. » Huic parallelus est alius locus ex Officio B. Petri, in festo commemorationis ejus, in Feria VI. 2. post Epiphaniam, qui sic jacet « Beata es, o Ecclesia, in qua depositi inveniuntur Apostoli Jesu (Petrus et Paulus)... in Vobis autem, o SS. Apostoli quasi turribus et muris *inexpugnabilibus,* refugium habet Ecclesia. Ipsa autem bene collegit et deposuit ossa vestra, et templa magnifica vobis construxit; vestra autem ista ossa ecce scaturiunt omne auxiliorum genus, vestro quidem honori, Jesu autem laudationi et gloriae » (B. 7.).

Hisce suppositis, considerandum est:

1°. Beatissimam dici, et solemniter praeconizari Ecclesiam Romanam propter Petrum et Paulum ita, ut (quod nuspiam de ulla alia Ecclesia, Apostolica licet, credunt

---

(1) Stropham hanc canendo repetunt pluries in anno, sive in Officio Dominicali, quod Circuli (ܟܘܪܝܠܐ) dicitur, sive in feriali, sive speciatim in commemoratione SS. AA. Petri et Pauli, ut suo loco adnotavi, et textum originalem dedi.

(B. 7.) Quum hoc testimonium nullibi adhuc allegassem in isto opusculo, iuvat eius textum tradere, quem accipe:

ܐܝܟܡܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܬܪܝܢ ܫܠܝܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ...
ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܬܩܢܝܢ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ. ܐܦ
ܠܟܘܢ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ ܗܢܐ ܫܘܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܗܘ
ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܠܝܚ ܪܫܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܕܒܢܐ
ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܥܠܡܐ ܘܦܘܠܘܣ ܡܠܦܢܐ ܕܥܡܡܐ
ܕܒܥܐ. (ܡܢ ܛܪܝܘܢܐ ܕܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ).

aut proferunt Nestoriani) in ipsa semper et usque in consummationem saeculi tantum privilegium et laudem celebraverint et celebrent, et sint celebraturi, nimirum quamdiu Officium Divinum sunt Chaldaeorum filii recitaturi et canituri in Ecclesia (1).

2°. Ergo Ecclesia Romana in aeternum exsistet beata h. e. ab infelici praesertim errore et turpi haeresi libera ob suam utique Constitutionem in B. Petri Cathedram.

3°. Et insuper illud privilegium numquam non possidebit; quoniam est ancilla Christi, qui minime patitur indignam, et impuro errore maculatam in conspectu suo sistere, et famulari.

4°. Etenim ejus Sponsus caelestis Jesus semper vivit in gloria Patris, cui est proinde ipsa vicissim Sponsa electa (2) et numquam infidelis aut immunda futura.

5°. Est etiam et dicitur Roma portus, utique securitatis, in quem appulerant, ut ibidem usque requiescerent, SS. AA. Petrus et Paulus. Ast in hypothesi defectionis hujus Ecclesiae a Fide, decepti fuissent isti Apostoli et praecipue Petrus; et hymnum praeterea suum Nestoriani deberent aliquando aut mutare aut mendacem pronuntiare: utrumque autem sententiae ipsorum repugnat, absurdumque existit suppositu.

6°. Nec minus indefectibilitatem Fidei Ecclesiae Romanae illa indicant verba, quibus Apostolorum in ipsa

---

(1) Sane nulli dubium ipsos Nestorianos suam Communionem usque in finem non perituram, ceu veram et unicam Christi Ecclesiam passim contendere. Porro rationem precandi, juxta illud Tertulliani, credendi esse Legem liquet. Chaldaeos vero sive sint Nestoriani sive catholici, quum ferme idem habeant Officium Divinum, canendoque illud usque persolvere soleant (quod viget fere apud ceteros Orientales), res manifesta est in finem saeculorum, perdurante nimirum Ecclesia Catholica, illud in usu futurum.

(2) Sicuti est Universalis Ecclesia vere et adaequate Christi sponsa, pari modo, etsi per figuratam loqutionem, vere tamen et non illusorie, partem principalem pro toto sumendo, Ecclesia Romana in Officio nostro dicitur Sponsa Christi; liquet enim heic *Ancillam Sponsi caelestis,* idem valere ac *Sponsam* ejus.

deposita Corpora, dicuntur: *Refugium Ecclesiae fortissimum, et opum fontem in gloriam Christi.* Absolute et fidenter hoc istic asseritur. Jamvero quid magis ad gloriam Christi confert, et quid magis necessarium ad inimicos Ecclesiae repellendos et ad verum auxilium obtinendum, quam subsidium gratiae particularis in preservationem ab erroris potestate? Non obscure igitur hoc testimonio declarata elucescit Ecclesiae Romanae, ac proinde ejusdem Pastoris indefectibilitas et inerrantia in Fide et Doctrina: Q. E. D.

§. VIII.

Nonum argumentum rursum ex Officio Divino Dominicali anni Circuli deducitur pro Rom. Ecclesiae indefectibilitate.

Jam allegavi c. 2. §. III. Antiphonam ante Sessionem in Officio Divin. Domin. 2. Dedicationis seu Sanctificationis Ecclesiae cani solitam, quae sic habetur:

« Roma dicit: in generationem generationum stat aedificata Ecclesia: et non vincetur nec a Regibus neque a Potestatibus. »

Sic cantitat, sic oravit, sic profitebitur Communio universa Nestorianorum, omni aetate et usque ad finem. Jamvero heic animadvertere praestat:

1°. Ingenuo cuilibet, primo intuitu, liquide patere: hanc antiphonam ad divinum oraculum Matthaei 16. 18 hujusmodi prae se ferre allusionem, ut facile possit per paraphrasim sic reddi: « Dicit Roma penes me est illa Ecclesia quae principalis est, et in qua est B. Petri mei primi Antistitis et Satoris Cathedra, super quam ceu Petram fundamentalem constructa fuit cum mea, tum reliqua in Universo diffusa Ecclesia, et ideo Portae inferi, Tyranni, scilicet, adversi omnes, et tenebrarum Potestates non praevalebunt ei in generationem generationum, nimirum in aeternum. »

2°. Hujusmodi Romanae sive Civitatis sive Ecclesiae proclamatio solemnis, in re ad fidem pertinente, et in Officio Divino et Publico inserta, debet certe, nullo non tempore, reverentia et cultu a Nestorianis, juxta suam

ipsorum mentem, excipi. Ast in hypothesi, quod Ecclesia praefata in turpis haereseos dilabatur aliquando pravitatem et sententiam, tunc alterutrum dicendum: aut haereticum os laudandum solemniter, et ejusdem verbis ceu Oraculo, in Cultu, Oratione, et fere Fidei professione sua, utendum esset Nestorianis: aut illa antiphona ab Officio delenda. Atqui utrumque alienum est a Nestorianorum mente et consensu. Ergo non est penes illos admittenda hypothesis illa: quod scil. Ecclesia Romana deficiat umquam a vera Fide.

3°. Rursum: in isto sacro hymno vox *Ecclesia* aut intelligitur referenda ad Romanam, ut principalem licet (1), aut ad Universalem per Orbem dispersam, seu Catholicam.

Si primum comprobata erit thesis, et indefectibilitas Ecclesiae Romanae a Nestorianis solemniter proclamata. Si alterum; tunc, nisi admittatur in Rom. Ecclesia donum indefectibilitatis in Fide, tanta proclamatio nullum ha-

---

(1) Hanc primam acceptionem magis probabilem suadent: 1°. Series antiphonae et nexus, secus enim, in altera acceptione, vim aliqualem pateretur sensus.— 2°. Usus in Officio Divino non raro adhibitus, quo scilicet Ecclesiae nomen, absolute etiam, pro sola Romana, vel (quod magis elucet in loquutionum serie) pro ea, utpote principali et totam Universitatem comprehendente, usurpatum invenitur. Sit exemplo citatum in argumento antecedenti testimonium ex Officio SS. AA. Petri et Pauli, quod habet « in vobis SS. Apostoli praesidium tenet *Ecclesia* ... et ipsa *Ecclesia* collegit et deposuit ossa vestra, et gloriosa vobis construxit Sanctuaria, unde ex vestris ossibus scaturiunt auxilia etc. » Ubi patet utrobique *Ecclesiam* pro *Romana* sumi, sive simpliciter, sive quatenus est Princeps et nomine totius Ecclesiae Catholicae agens; quod ceterum ad rem nostram idem est.— 3°. Figura ipsa, rhetorica licet, usualis tamen et saepe in sacris loquutionibus usurpata idipsum suadet, ut nimirum pars, praesertim si principalis, pro toto accipiatur. — 4°. Idem confirmat usus loquendi vulgaris Chaldaice hodieque penes Nostrates vigens qui vocem Ecclesiae sine addito, et simpliciter (אִיכְּלֵא) pro Ecclesia, et ipsa civitate Romana adhibent, ut dicant v. g. misit Ecclesia: ivit N. ad Ecclesiam: venit de Ecclesia, Almam Urbem ubique intelligentes.

beret sensum: Et ineptissime Roma tanta verba loquens, et quasi Oraculum propheticum praedicens adeo solemniter in medium traduceretur. Huc quoque pugnarent rationes n. 1. et 2. jam allatae. Quo, demum, quaeso, pacto, quave fidantia a Nestorianis crederetur Ecclesia Universalis immaculata perduratura, si concederent Ecclesiam ejusdem principem et Matrem, in qua ubique ipsimet asserunt cathedram veritatis et fundamentum Fidei jacere, in quibus praecise firmitas ejusdem et in aeternum invincibilitas consistit, si concederent, inquam, hanc Ecclesiam Matrem posse in Satanae potestatem venire et haeresi maculari? Quoquoversum itaque vertas testimonium istud celeberrimum, concludas oportet: ex mente Nestorianorum probari Ecclesiae Romanae indefectibilitatem Q. E. D.

§. IX.

Decimum argumentum et quidem directum de Rom. Pontificis magisterii inerrantia ex Epistola Arae Vicarii Orientis sui Patriarchae et episcopatus Nestorianae Communionis nomine Missa ad Innocentium IV. an. 1247.

In jam allegato superius c. 2. §. X. ex Epistola Arae Vicarii Orientis Nestorianorumque Patriarchae documento, clarum habetur pro inerrantia Magisterii Romani Pontificis confessio. Haec enim in eadem Epistola leguntur: « Patri Patrum, Decori Pastorum, fonti pietatis, *perfecto in divinis, excellenti in spiritualibus,* SOLI JUSTITIAE, CUJUS LUX ORITUR SUPER QUATUOR MUNDI CLIMATA, QUI LUCET, ET SPLENDET IN ECCLESIIS CATHOLICIS SANCTIS.... *posita* est in manibus vestris POTESTAS ligandi atque solvendi *et* OMNIUM MYSTERIORUM. » Profecto errantia in doctrina de fide vel moribus nequit componi cum hujusmodi nominibus, et officiis; neque qui est *lux* potest devenire *tenebrae,* aut qui tenet *potestatem omnium mysteriorum* confundet verum cum falso, et in *potestatem sive servitutem omnium tenebrarum praecipitabit.*

§. X.

Undecimum argumentum ex Epistola a Nestorianis in civitate Mausulana Congregatis ad R. P. Iulium III. missa cum D. Sulaka.

Splendidum admodum testimonium in rem nostram habemus in Epistola Nestorianorum in causa Domini Sulakae missa ex coetu Mausulano ad R. P. Julium III. (1). In ea enim Epistola sic emphatice, et quasi spontanee et de more, Pont. Maximum alloquuntur « Tu es *in loco* Christi Domini Nostri. Tu es *fons,* cujus aquae *non deficiunt,* et quisquis sitiverit, aequum est, ut ex te bibat aquas vivas, et sedet sitim suam. Tu es *Lucerna*, quae *non extinguitur*, sed illustrat omnes creaturas, sicut Candela in Candelabro posita. In te videt *lumen tota Christiana Respublica,* idest filii Ecclesiae Catholicae. » Quid, quaeso, expressius quid magnificentius dici poterat, et quidem a Nestorianis viris, talique cum securitate, ad Charisma infallibilis Magisterii, quo, ad docendam Ecclesiam Catholicam utitur Romanus Pontifex, quatenus est omnium Pater, Pastor et Doctor in B. Petro a Christo Domino constitutus?

§. XI.

Duodecimum argumentum ex actis Eliae Patriarchae Nestorianorum ad

Non minus splendidum extat pro Rom. Pontificis inerrantiae privilegio testimonium in actis et scriptis Eliae Patriarchae, necnon Adami Archimandritae et Archi-

(1) Citata est jam supra c. 2. §. XI. Porro eo libentius monimentum istud, in Historia nostra celeberrimum, heic in rem, de qua agimus, repeto, quod 1° in memoriam revocat nobilissimum illum primum pene passum, quo ad unionem cum Ecclesia Catholica tum primi, adeo solemni modo, et cum adhaesione totius fere Nationis, accessere gentiles mei in ipso Patriae meae solo, tam viriliter difficultates tot saeculorum separationis, superantes, et aditum aperientes ulterioris, cum ibidem, tum alibi, in eadem faustissima Reconciliatione progressus: et quod 2° hoc ipso vel solo documento confusione obruantur qui Nostrates vel ipsos Catholicos, et nominatim cives hosce meos, calumniando, dum scribo, dictitare audent inauditum iisdem, ac invisum fore Dogma mox definiendum Pontificiae Inerrantiae.

. P. Paulum uintum ante nionem mis- s an. 1612.

diaconi ante reconciliationem et unionem, ad Paulum V P. M. missis an. 1612 (1).

Et 1°. quidem, in Epistola Patriarchae haec habentur « fateor quod Ecclesia Romana sit mater Ecclesiarum; et qui hoc non ita fatetur sit anathema. O Pater, ecce Fides mea pervenit ad tuam sanctitatem cum Epistolis; et videas si est dolus in Professione nostra aut error, aut recessio quaelibet a *Matre nostra* Ecclesia Romana: (tunc) admone et faciemus, *doce* et *obediemus* » (2).

---

(1) Vide ea supra c. 2. §. XII.

(2) Haec et sequentia, dixi, exhibuit Patriarcha Elias ante reconciliationem et unionem, quae quatuor post annos locum habuit cum Ecclesia Romana et Catholica, anno scilicet 1616. Eo enim anno, accepto Responso Pauli V. habita fuit Synodus Amidae, in qua Elias et Archiepiscopi sui, recognitis tandem et abjuratis erroribus nestorianis, in primis illis Actis adeo propugnatis, et plena et perfecta idcirco conclusa Communionis Nestorianae (hac 4. vice in numero Reconciliationum generalium) cum Ecclesia Romana Reconciliatione, Epistolam Synodicam ad eundem R. P. miserunt, una cum Elogio D. Gabrielis Archiepiscopi Hesnae in honorem ejusdem R. P. artificiose admodum conscripto, et Elucubrationis, quam Adam olim Archimandrita et Patriarchae Archidiaconus (postmodum autem Jerusalem et Amed Archiepiscopus) de Fide Catholica, Romae, composuerat, compendio et adprobatione. Jamvero heic opportunum duco quaedam ex hisce Actis excerpta in rem nostram confacientia in medium proferre, quod licet directe minime scopus hujus opusculi permittat, congruens tamen esse sequentes suadent rationes — 1°. Quia in relationibus omnibus, quae tum ante tum post unionem inter Chaldaeo-nestorianos et Rom. Pontificem, ea in occasione, et iis in adjunctis, locum habuere, nuspiam apparet quaestio vel dubitatio ulla ex parte Nestorianorum circa Primatum et praerogativas Sedis Apostolicae Romanae: sed de aliis capitibus, quae proprie ejus Sectae sunt, solummodo. Immo, contra, quod ad hoc attinet, expresse protestantur Nestoriani illi se majoresque suos semper recte et favorabiliter sensisse et credidisse (ut supra vidimus).

2°. Id insuper opportunum suadet analogia subjecti Actuum istorum et omnium adjunctorum tanti Facti.

3°. Quia sic exhibetur veritatis catholicae, et S. Sedis exaltationis amatoribus, Monumentum Sententiae Chaldaeorum, post eo-

2°. In Fide, seu Fidei professione sua, Elias, consilio Cleri sui conscripta, quae ceteroquin erroribus nestoria-

---

rundem ex Communione Nestoriana Conversionem, circa hanc Inerrantiae Pontificiae doctrinam ([a]).

Videamus modo quid habeatur, in rem nostram, in memoratis actis Synodalibus Chaldaeorum anni 1616.

Et 1° in Epistola Patriarchae ab Archiepiscopis etiam subscripta quae incipit « a Minimo Filiorum Tuorum » legimus: Ideo assentimur Sententiae Sanctae Ecclesiae Romae ([b]) ut fateamur unam personam Verbi in Christo..... Fecimus Congregationem hanc et misimus ad Sanctitatem Vestram haec scripta, idest hanc Epistolam et Fidem (libellum Fidei) D. Timothei Archiepiscopi Ierusalem et Amed (olim P. Adami Archidiaconi) et Commentarios, quos ipse fecit adversus verba Nestorii, et alia ejusdem scripta .... arabice et syriace (idest Chaldaice). Et si fuerit aliquid, quod non placet vobis ex his, quae misimus, faciemus ut placeat vobis: nunc Deum supplicamus, ut confirmetur Sedes vestra in generationem generationum, ad gloriam totius christianitatis.

2°. In approbatione scriptorum Timothei Archiepiscopi legimus «Elias humilis offert munera osculorum immaculatorum sanctis vestris manibus habentibus claves Altitudinis et profunditatis *vere* et *exacte.*»

3°. Audiatur autem iste D. Timotheus, et 1° quidem in Sermone de Fide ait « sicuti est unus Deus, sic una est Fides de Illo (Deo), et una Ecclesia sancta Romae, mater omnium ecclesiarum, et una est Petra solida, in qua positi sunt ordines ecclesiastici omnium ecclesiarum a sapiente architecto, conditore Universi; neque enim frustra et vane dedit claves altitudinis et profunditatis Petro, fundamento Ecclesiae suae, neque fortuitu tradidit illi ipsi greges rationales emptos sanguine suo pretioso. Et sic longa successione post Petrum accepit summum Pontificatum Pater noster Papa ([c]), caput sublime totius christianitatis, qui est verus vicarius Christi D. N. super

---

([a]) Sane monimentum istud illo antiquius, splendidius et solemnius est, quod ex opere *Speculo terso* Iosephi II. nuper allegavi, de eodem disserens argumento, in paullo ante (in Nota 1) memorata Epistola ad Rm̃um DD. Bailles olim Episcopum Lucionensem.

([b]) Notum est Chaldaice non recte juxta usum efformari adjectivum gentilitium, ut scilicet ex Roma Romanus dicatur, idcirco genitivi casum eum in sensum adhibent, ut dicant perpetuo: *Ecclesiam Romae,* pro Romana.

([c]) De Papa Paulo V. loquitur.

nis scatet (quos errores et Paulus V. P. M. rescribens eidem notavit) haec confitetur « Suscipio *omne* quod *do-*

---

terram universam per successionem veram et legalem, quae ab illo derivata est, cum seipsum non laudasset, ut esset Pontifex; sed qui dixit ei: *pasce mihi agnos meos* etc..... Praeter hoc fundamentum nemo aliud potest ponere. Et ideo etiam nos ponentes fundamenta Fidei nostrae super hanc petram immobilem, modo omnibus haec dicimus: jam transacta sunt antiqua: nunc vero quamnam *veritatem rectam* invenietis, Fratres, praeter *eam, quae est Romae*, secundum *dispositionem* Dei? Ideo, decet omnes christianos, ubicumque, *servare* praecepta Domini Papae plena vitae, ut pupillam oculi, et abjurare et respuere omnes haereses, et anathematizare eos omnes, qui a verbo ejusdem discedant, qui adducunt fallacias juxta suam propriam voluntatem. Ecclesia autem catholica Romae per anathematismum determinat (h. e. decernit, definit) contra quemcumque variat veritatem synodorum sanctarum et electarum.... ADHAESIO PORRO DECISIONIBUS PAPAE NECESSARIA EST OMNI FIDELI AD LUCRANDAM VITAM ANIMAE SUAE. » 2°. In altero sermone Timothei qui est contra haereses dissentientes a veritate Ecclesiae catholicae Romae — ubi de numero Sacramentorum agitur — haec leguntur «Septem Sacramenta Dominica, quae recipit Ecclesia Apostolica Romae, de qua specialiter dictum est: quod *sit fundamentum verum et mater ecclesiarum.*»

4°. Concludunt Patres « Nos autem in Congregatione nostra assensi sumus huic sententiae D. N. Timothei. »

Datum in civitate Amed anno Graecorum 1927. (Christi 1616.) die 15. Martii, per abjectos Presbyteros Baccus et Abdelahhad.

Ego Elia per gratiam Dei Patriarcha Orientis subscripsi.

Ego Gabriel Archiepiscopus Hesnae subscripsi.

Ego humilis Elias Archiepiscopus Seert subscripsi.

Ego humilis Ioseph Archiepiscopus Insulae (Gezirae) subsc.

Ego humilis Timotheus Archiepisc. Jerusalem et Amed subsc.

Ego Abraham Episcopus Persidis Ditionis subsc.

5°. Denique memoratus Gabriel Archiepiscopus Decanus, in carmine, quod in laudem Pauli V. composuit, in ipsa synodo Unionis, et una cum Actis ejusdem misit, haec inter cetera affirmat «Te solem in Firmamento Ecclesiae, et splendorem omnium Congregationum, et caput omnium Patrum, Petrus Princeps radicavit:

Tu radix es Sacerdotii, et Pastor, magister Pastorum et caput omnium Communionum; et Petrus Ephode te induit:

Tu es *dux Sacerdotum* et *Reparator Ecclesiarum*, et *lumen Christianismi*, et *Thesauri Spiritus dispensator*, et *Confirmator Fi-*

cet S. Apostolica Catholica Ecclesia Romana (1) omni amore et veneratione, et credo et recipio omnes etiam Doctores Ecclesiae Romanae, et teneo quod Sedes Sancta Romana sit Apostolica etc.... et quod Papa Romae vere Christi personam referat,.... et ipse sit Pater *Doctorum* omnium Christianorum... et semper obtemperabo ordinibus et confirmationibus (definitionibus scilicet) atque legibus Pontificis Magnae Romae. »

3°. In praefatione ad Commentarium P. Adami, inscriptum « de Fide Orientalium (Nestorianorum) cum Fide Domini Papae concilianda » haec leguntur. « Ecce libri nostri admonent nos de Ecclesia Sancta et Sede Apostolica Domini Papae Romae: — quia iste est Pater patrum, et Caput pastorum: ipsum audite et non declinate a prae-

---

dei (a). Haec commentatione non egent; suntque praeclare dicta tam pro R. P. Primatu, quam pro ejusdem dotibus et privilegiis, et nominatim pro Supremo et infallibili Magisterio, titulis licet et vocabulis aequivalentibus: at satis explicitis.

(1) Patet ex antecedentibus et subsequentibus, hisce titulis et notis designari a Patriarcha Ecclesiam particularem, licet principem et Matrem, Romae exsistentem.

(a) Accipe textum originalem ex Petro Strozza, in opere jam citato: Synodalia chaldaeorum:

ܥܩܪܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܕܥܕܬܐ. ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܝܟ ܕܐܒܐ ܕܟܠ ܡܠܦܢܐ ܕܥܠܡܐ: ܗܘܐ ܕܥܩܪܐ ܕܫܠܝܡ ܕܟܠ ܡܠܦܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܡܢܗܢ ܕܐܦ ܕܐܡܪ. ܡܢܗܢ ܕܫܠܝܡ ܗܘܐ ܕܥܩܪܐ ܕܥܕܬܐ. ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܟܠ ܡܠܦܢܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܝܟ ܕܐܒܐ

cepto suo. — Patres quidem nostri orientales omnes eos qui ab Ecclesia Romana defecerunt, excommunicaverunt; et simul omnes conculcatores *praecepti* Domini Papae, qui est loco S. Petri, Fundamenti Ecclesiarum, et Capitis Apostolorum.» Jamvero quicumque haec perlegit persuasum habet: Eliam et suos, eo modo scribentes, pro certa supposuisse sententiam Inerrantiae Romani Pontificis, ex cathedra docentis, in rebus Fidei vel morum.

§. XII.

Decimum tertium argumentum ex testimonio Simeonis Nestoriani Patriarchae ad P. M. an. 1770 scribentis.

Non minus clare etsi brevius idipsum confitetur Simeon Nestorianorum Patriarcha in ea, quam ex finibus Persidis Rom. Pont. an. 1770 scripsit Epistola.

Ibi enim asserit: Papam «esse *Petrum* sui temporis, tenentem et gubernantem cathedram excelsam christianitatis orthodoxae, caput omnium Patrum loco Christi.» Paucis equidem indicat Pontificem Romanum tenere et gubernare cathedram veritatis, qua, in fide et moribus, regitur tota Christianitas; esse insuper Ipsum caput Patrum omnium absolute: quod proinde intelligendum, sive dispersi, sive in Concilio sint collecti; Demum: ipsum Petrum viventem exsistere; immo, loco Christi, Ecclesiae moderatorem: utique ab eodem Christo communicata sibi firmitate et inerrantia in doctrina. Talem adamussim, quis bonae fidei vir non videt esse verborum praefati Patriarchae veram interpretationem, seu paraphrasim?

§. XIII.

Decimum quartum argumentum ex Epistola Eliae Patriarchae an. 1750 scripta.

Elias supra (1) laudatus, de stirpe Bar-Mamae, Nestorianorum in Assyria, Babylonia alibique versantium Praeses et Patriarcha ad Benedictum XIV. scribens, sic et hisce titulis eum alloquitur «Patri Patrum, et Petro aetatis nostrae, qui tenet et gubernat cathedram sublimem

(1) C. 2. §. XV.

TUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE

Orthodoxiae christianae, Coronae fulgenti, sicut Sol, splendoribus magnificis, domus Domini Nostri propriis, cujus radiis gloriosissimis et intelligibilibus, e sphaera ejus nitidissima elucescentibus, et ex cujus Sede perillustri, *nos omnes illuminamur* (1).

Quae loquutio quantumvis figurata et stylo orientali, de more, sit ornate dicta, illud tamen, quod per eam intenditur, ita est intelligendum, ut, si, in mente Patriarchae, Romanus Pontifex in decernendis, quae de fide vel moribus sunt ab omnibus credenda, turpiter posset errare, et in errorem gregem Christi inducere, ridiculosae admodum essent, et prorsus incompatibiles illae tam emphatice expressae attributiones. Quod quisque per se, sensum verborum considerando, et cum possibilitate erroris in Decretis Papae ex cathedra conferendo, perspicere facile potest.

Et heic finis sit hujus capitis tertii, et demonstrationis, quam, in illo, ceu per corollarium e duobus primis capitibus suscepimus efficiendam, de Rom. Pontificis in definitionibus, ex cathedra, in rebus ad fidem vel mores pertinentibus, INERRANTIAE privilegio, ipsorum Chaldaeo-Nestorianorum Documentis, avitisque Apostolicae Traditionis Monumentis, non obscure, aequivalentibus licet verbis, asserto, praedicato, atque comprobato.

---

(1) En integra verba originalis, quae supra in c. 2. mutila adduxi: ܕܢܗܪܝܢ ܟܠܢ ܡܢܗ ܕܫܡܫܐ ܒܬܫܒܚܬܐ ܕܒܝܬ ܡܪܢ ܕܢܗܝܪܝܢ ܟܠܢ ܡܢ ܫܘܪܝܗ ܕܢܗܝܪ ܒܗ ܡܢ ܟܘܪܣܝܗ ܕܫܠܝܛܐ ܪܡܐ ܗܘ ܕܢܗܘܐ ܡܬܢܗܪ ܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܗܢܐ ܕܡܬܡܠܠ ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܡܠܝܢ ܕܟܬܒܐ ܕܢܗܘܐ ܡܬܬܩܢ ܒܗ ܟܠܗ. (ܡܢ ܟܬܒ ܐܦܘܣܛܘܠܝܩܐ ܕܪܘܡܝܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܐܒܗܬܐ ܕܝܠܢ ܕܣܘܪܝܐ).

APPENDICES

APPENDIX I.

CONTINENS BREVEM NOTITIAM AUCTORUM ET MONUMENTORUM IN HOCCE OPUSCULO ALLEGATORUM.

A

Adam Archimand. et Archidiacon. tum Archiepiscop. Jerusalem et Amidae Chaldaeorum.

P. Adam monachorum Archimandrita, Patriarchae Eliae Archidiaconus atque ad Paulum V. R. P. Legatus An. 1612. Romam venit. Fuco nestorianae haeresis adhuc illaqueatus Commentarium conscripserat, cui titulus: « De Fide Domini Eliae et Orientalium cum Fide D. Papae et R. Ecclesiae concilianda, » in quo sibi proposuit orthodoxiam Orientalium seu Nestorianorum vindicare, et suadere, – quae ceterorum etiam Nestorianorum fuit et fere hodieque est sententia, – nullum aliud interesse inter suam et Ecclesiae Catholicae Romanae Communionem circa dogma Incarnationis Dominicae discrimen, nisi quod in vocabulis est solummodo situm; atque proinde immerito ipsis appingi nomen Nestorii et nestorianorum, uti haereticorum. Hunc igitur commentarium Pater Adam cum Epistola Patriarchae Eliae, communi Cleri consilio conscripta, et, licet demisse admodum, ejusdem Commentarii confirmationem, et eandem arrogantiam continente, secum attulit in Almam Urbem. Ibi in omnibus interpretes habuit viros Maronitas Isaacum Sciadrensem, et Ioannem Hesronitam. Diu itaque disputavit, suamque propugnavit sententiam, donec, gratiae affulgente lumine, Veritatem agnovit, et, abjurato errore,

Romanae Ecclesiae Fidem et Communionem amplexus fuit. Tractatus duos etiam conscripsit, quorum alter de Fide Catholica Romana, alter contra haereticos ab eadem Ecclesia Romana dissidentes, quos Tractatus ut laboris sui et Legationis fructum, ad suos redux adportavit, omnia, laeto animo, repetens, quae Romae egit, vidit, didicit, et miratus est. Idcirco Patriarcha Synodum de suis Archiepiscopis coegit in civitate Amidensi, in qua fuerunt Reconciliatio et Unio cum Ecclesia Romae proclamata, libelli P. Adami approbati, et ipse consecratus Archiepiscopus Jerusalem et Amidae, assumpto nomine Timothei, Elia hujus sedis praesule sponte abdicante, et ad Seertensem translato. Scripta ejus, quae citavi sive nomine P. Adami, sive Timothei Archiepiscopi Jerusalem et Amed, exstant a Syriaco seu Chaldaico et ab arabico (in ambabus enim videtur scripsisse linguis) in latinum versa, Isaaci Sciadrensis opera, apud Petrum Strozzam coaevum, in opere cui titulus: « Dogmata, et Synodalia Chaldaeorum - Romae 1617. etc. » ubi, tum alia, tum quae de isto scriptore delibavi, fusius exposita reperies.

Amrus, et Pseudo-Amrus, seu Sliva Maussulanus historiographi.

Amrus Matthaei filius, Tirhanae, in provincia Babylonica patriarchali natus, vivebat circa an. Christi 1340. Porro Amrus hic librum genuinum suum habet *Turris* inscriptum, in duas divisum partes, quarum prima est ascetica, et exstat sub numero 108. inter Codices Arabicos Vaticanos. Huic volumini hanc primam *Turris* Amri partem continenti simile exemplar vidi in Bibl. S. Pethionis Chaldaeorum Amidae. Secunda autem pars *Turris* Amri est, ut videtur, opus Maris Salomonis scriptoris item arabico-nestoriani saec. XI-XII. quod exstat in Vat. Bibl. inter Codd. Arab. n. 109., cui operi quum iam esset nomen *Turris,* sibi illud fere vindicans Amrus noster in medio saec. XIV. continuavit, et Patriarcharum Orientalium speciatim *vitas,* quas Mares memoratus fuse enarrat, in compendium redegit, atque ad sua usque tempora produxit. Quod in ipso Cod. Vat. 109. adnotatur. Tertius

autem exstat Codex historico-theologicus, qui neque *Turris* inscribitur, neque Amrum auctorem, ut perperam hucusque existimatum fuit, habet; sed alium, scilicet Slivam (seu Crucem) Ioannis filium Maussulanum, Nestorianum et ipsum, qui hoc suum opus, quod Nestorianismi Apologiam dixeris, scribebat an. Ch. 1332. Ast cur opus hoc Amro Matthaei filio adscribit Cl. I. S. Assemanius cum aliis? Quia ex Codicibus hucusque habitis, utpote mutilis, minime poterat cognosci ejusdem verus Auctor, nimirum Sliva Maussulanus: et quia cum iste tum Amrus coaetanei prorsus sunt: et quia Amrus, utpote iam notus, pro se habebat jus praejudicatum, quum feratur opus conscripsisse de hujusmodi Argumento. Et reapse I. S. Assemanus, collatis quae in t. 2. et. 3. Bib. Or. hac de re scribit, videtur non parum titubare anceps in hocce Codice et opere Amro Tirhanensi adscribendo.

Heic praeterea opportunum existimo alium errorem circa hunc Auctorem, in quem ego, involuntarie tamen, offendi, emendare, in obsequium veritatis, cui soli in omnibus me inservire velle profiteor. In Nota, nimirum, quam subieci Epistolae ad SS. D. N. Pium IX scriptam, elapsis Calendis Martiis, et in quadam Ephemeride gallice, III. Idus Apriles, typis edita, dixeram: hunc Pseudo-Amrum seu Slivam Mossulanum in opere suo, ubi de Conc. VI. historia sermonem habet, non memorare Honorium inter condemnatos ab eodem Concilio. Revera sic res se habet in Codice Palmeriano, quo in loco, uti et in plurimis aliis, vaticanus mutilus est. At Codex Palmerianus mendosus iudicandus, hac in parte, sive oscitantia sive mala fide Amanuensis, ac proinde corrigendus per Codicem Coll. Urb. de Prop. Fide, qui nomen Honorii habet, cujusque lectio est, meo judicio retinenda, uti exigunt Critices regulae; praesertim quum iste Pseudo-Amrus in his, quae Concil. VI. et Honorium concernunt Eutychium Alexandrinum ferme exscribat, et alias, de eodem argumento sermonem faciens, in eodem Codice Palmeriano, Honorii condemnationem non reticeat.

Iamvero haec quamquam vera sint, non tamen concedam: assertionem meam ibidem propugnatam idcirco labefactari. Illa enim minime super silentium de damnatione Honorii est fundata, dum in praedicta Ephemeride sic iacet « De tout cela (scil. de sex animadversionibus ibidem praemissis, quarum ultima solummodo h. e. 6ª sic concipitur – L'auteur (Pseudo-Amrus) parle du Conc. VI. fait par Agathon, Pape, et dit que le Concile excommunia Macaire et les autres Patriarches d'Antioche, Cyre et Pierre de Constantinopole. Il n'y a nulle mention faite d'Honorius: – de tout cela, disais-je, et SURTOUT des lettres de Iean IV. et de Theodore, Papes, aux empereurs de Constantinople il est manifeste:

1) Qu'Honorius n'a pas erré dans la foi et

2) Que l'opinion de ceux qui soupçonnent l'interpolation dans le Conc. VI, et par consequent dans les autres, est très-fondée.» Atqui, addo: ex eodem auctore nestoriano, posita etiam damnatione Honorii (vel potius scriptorum ejusdem circa illam quaestionem, et in sensu Monothelitarum), probantur nihilominus cum praefata capita, tum etiam.

3) Honorium per ea scripta nullam dogmaticam definitionem emanasse.

4) Tam ex illo loco quam aliunde in eodem Pseudo-Amri opere elucescere, et ut agnitum supponi, primatum Romani Pontificis in totam Ecclesiam.

5) Immo et Inerrantiam Romani Pontificis in docenda Ecclesia extra controversiam fuisse positam. Ad quae singillatim elucidanda praemitto documenta authentica eiusdem auctoris.

Documentum I. Libr. 5. c. 8. de celebri Leonis Magni Tomo, seu Constitutione Dogmatica, disserens Pseudo-Amrus refert Imperatorem dixisse فقال الملك هذا كتاب لاون وامانته وهو الاب الكبير فيكم «En Epistola et Fides (seu Fidei formula) Leonis, qui est Pater Maximus inter vos.»

Documentum II. Paullo post de Severo Monophysita Antiochenam Sedem occupante loquens, ait فلما سمع سماخوس بطرك رومية بهذه الخطوب احرم سويرس والقائلين بمقالته

« Quum haec audisset Symmachus Patriarcha Romae *excommunicavit* Severum, et quotquot de illius erant sententia. »

Documentum III. Alibi de Monothelismo disserens scribit : Honorium Rom. Pont. a Sergio Patriarcha Constantinopolitano sciscitatum circa quaestionem de praedicanda una vel duplici in Christo voluntate, respondisse « Ne dicamus duas voluntates neque لانقل مشيّتين ولامشيّة unam » Et addit Amrus فمكث راي اهل الكنيسة نحو ستٍّ

« Inde morata fuit filiorum Ecclesiae واربعين سنةً غير متّفق sententia discors sex et quadraginta circiter annos. » Postmodum, Honorii obitum narrans, scribit وتشتّت راي الكنيسة

« Ecclesiae autem Consilium per ipsum pertur- على يده batum fuit. »

Documentum IV. Dein narrat Joannem Papam, conspicientem perturbationis ac discordiae statum in quo Ecclesia erat, et volentem remedium tanto malo afferre, scripsisse in eum finem duas Epistolas ad Heraclium eiusque fratrem Constantinum, quas in integrum citat auctor. De secunda haec excerpere praestat من يوحنس الباب برومية الى هرقل واخيه قسطنطين الملكين الاخوين . . . ان سيدنا المسيح رضى ان ياخذ المشية الواحدة طبيعية ناسوتيّة ليس بمثل ما نحن نعرف ان لنامشيتين متضادّتين . وهتان المشيّتان الواحدة مغروسة فى العقل والاخرى فى الجسد . وهمامتقابلتان . وهذا يصيب كلّ الجنس الانسىّ لانّه تحت الخطيّة . وليس احد نقى من الخطيّة

والمعصية . فامّا جسد سيدنا المسيح فلم تكن لهُ مشيّتان متضادّتان ولم تقابل مشية جسدهِ لمشيّة عقلهِ . فكيف تكون خطيّة للذى جآء ياخذ الخطية من العالم . حاشا له . . . ولكن نقول ونقر بمشيــة واحدة فى تدبير ناسوتهِ المقدسة ولانقول بمشيتين متضادّتين كانتا لعقله ولجسدهِ . وبهذا كتب انوريوس بطرك رومية الى سرجيوس بطرك القسطنطينية. فامّا نحن فنعترف (فينا) بمشيتين متضادّتين للعقل والجسد. الذى اذ قلبهُ الناس الى رايهم الفاســد ظنّــوا أنّ انوريوس بطرك روميه كان يقول بمشية واحدة فى لاهوت سيدنــا المسيح وناسوتهِ . . . « A Joanne Papa, Romae, ad Heraclium et Constantinum Imperatores fratres..... Christus Dominus noster dignatus est assumere unam voluntatem naturalem humanam, non sicut scimus habere nos duas voluntates sibi contrarias, quarum altera insita est rationi, altera Corpori, suntque ambae sibi oppositae; quod contingit toto humani generi, quum sit sub peccato, et nullus existat a peccato et praevaricatione immunis. Ast Caro Christi Domini non habuit duas voluntates contrarias, et non fuit voluntas Corporis ejus opposita rationi ejusdem. Quo enim pacto potest habere peccatum qui ad hoc venit, ut nempe auferret peccatum de mundo? Absit!... Asserimus autem et fatemur unam voluntatem in oeconomia sanctae ejus (Christi) humanitatis: et non dicimus duas voluntates contrarias (alteram scil.) ejus spiritus, et (alteram) ejus carnis. Porro in hunc sensum scripserat Honorius Patriarcha Romae ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum: nos autem confitemur (in nobis) esse duas voluntates contrarias, spiritus et carnis; quod nonnulli ad suum pravum sensum pervertentes, arbitrati sunt Honorium Patriarcham Romae sen-

sisse unam esse voluntatem in divinitate atque humanitate Christi.....

Documentum V. Ibidem Joannes Papa sic Imperatores exhortatur نسأل لكما أن تأمرا ان تحرق القراطيس التى كان الطعن فيها على لاون بطرك رومية الفاضل وعلى المجمع الخلقيدونى لئلّا تقرأ فيقبلها الضعيفو العقول فتفسد امانتهم « Rogamus vos, ut jubeatis comburi libellos quibus Leoni praestantissimo Romae Patriarchae, et Synodo Chalcedonensi detrahebatur, ne, legentes eos mente infirmi, iis assentiantur ; ac proinde fides illorum pervertetur. »

Documentum VI. Refert eundem Joannem in prima sua ad praefatos Imperatores scripsisse ههنا كدر لابدّ من تصفيته . . . حتى يعود الحقّ غالبًا كما قد كان . فقد بلغنا ما عليه اهل المغرب من الاختلاف والشكوك وتادّى ذلك الينا بكتاب اخينا سرجيوس بطرك القسطنطينية وغيره . ولا بدّ من شرح هذا الامر لتقفا على جميعه « Est hic quid turbidum necessario defaecandum . . . ut veritas victoriosa redeat, sicuti jam erat. Percepimus enim occidentales in dissensione esse et in ambagibus , de quo certiores sumus facti per literas fratris nostri Sergii Patriarchae Constantinopoleos , et per alios. Interest itaque hanc rem bene explicare , ut probe omnia edoceamini. »

Documentum VII. Pergit idem historiographus narrare Constantinum Imperatorem, praecedentis Constantini demortui filium , rescripsisse Joanni Pontifici sic انّا قد قبلنا وصّيتك ايها القدّيس الفاضل . . . . وقد امتثلنا بما امرت من تحريق الذى فيه الطعن على لاون بطرك

روميه القديس وعلى المجمع الخلقيدونى واحرقناها بالنـــار . ونحن ثابتون على تعليمـــك الذى هو تعليـــم الحق « Libenter PRAECEPTUM tuum accepimus, sanctissime et praestantissime. Jamque perfecimus quod jussisti, scilicet: de cremandis scriptis illis, quae Sanctissimum Leonem Patriarcham Romae et Synodum Chalcedonensem obtrectant; equidem igne ea combussimus; « dum nos firmi sumus in doctrina tua, quae est *doctrina veritatis.* »

Documentum VIII. Hanc Constantini Epistolam quum Theodorus praefati Joannis Papae successor accepisset, sic eidem Imperatori rescripsit (1) انكـــم قدتسلّمتـــم بسلطانكم مواضع كرسى السليحيين القديسين لتذبّوا عن الامانة المستقيمة وتوضحوا الدين . ليس مثل هرقل الذى ليس باهل ان يُدعى ملكًا لكفرهِ وخروجهِ عن الحقّ . وسرجيوس وثودورس وبونس (بورس) وبطرس بطاركة القسطنطينية المخالفين للحقّ الذيـــن استوجبوا اللعن واستحقّوا أن يُطرحوا من رتبة الكنيسة لفساد مقالتهم وما طرحوا فى الناس. فامّا انت ايّها الملك الفاضل فاعلم ان الامانة الارثدكسية هى ثمرة الفردوس . وعليك ايّها الملك الفاضـــل أن تذبّ عنها وتقاتل عليها وتوضحها للناس. ونسأل سيّدنا المســـيح العون لك فى ذلك بمنّهِ وجودهِ آمين (من ثاودورس البابا. وقد جآء كل ذلك فى كتاب صليوا الموصلىّ المنسوب الى عمروبن متى الطيرهانّى)

---

(1) Pretiosum istud documentum: Epistolam scilicet, Theodori ad Constantinum Imperatorem, quum solus, quod scire potui, historiographus iste noster conservasset, gratias illi habemus, illam proinde, in integrum ferme heic referre non iniucundum Lectoribus fore duco.

« Vobis, vestri imperii gratia, commissa sunt loca Sedis SS. Apostolorum, ut scilicet defendatis Fidem orthodoxam, utque Religionem manifestam faciatis; non sicut Heraclius, qui non est dignus ut appelletur imperator ob suam impietatem, et recessum a veritate, et Sergius et THEODORUS et Pyrrhus et Petrus Patriarchae Constantinopoleos, qui praevaricatores extiterunt, et meruerunt maledici, et digni facti sunt qui abiicerentur ab ordine ecclesiastico, ob perversionem eorum sententiae, et ob scandala seminata.... Tu autem, Imperator praestantissime, scito Fidem orthodoxam esse Paradisi fructum, et Tibi incumbere eam tueri, propugnare, et hominibus manifestare. Adprecamur itaque Christum Dominum Nostrum ut in hoc tibi opituletur sua gratia et benignitate. Amen. »

Hisce praejactis, jam ad quinque capita proposita demonstranda satis erit fontes solummodo indicare.

Et PRIMUM: h. e. quod Honorius I. nequaquam in fide erraverit, probatur

a) Ex epistola Ioannis Papae (Document. IV.) ubi genuinus sensus locutionis Honorianae authentice et abunde explicatur, et *ex professo,* sine timore vel periculo contradicentium orthodoxia Honorii propugnatur, et quidem publice, et in conspectu Regum et totius Orientis. Probatur

b) Ex epistola Theodori Pontificis (Docum. VIII.), qui nullo pacto potuisset in Patriarchas Constantinopolitanos sic fidenter, publice, et tanta cum auctoritate invehere, si praedecessorem, et quidem eisdem Patriarchis coaevum, ipse habuisset eadem haeresi jam maculatum. Saltem potuissetne impune Honorium silentio praeterire, quin scilicet illius exsecraretur memoriam vel facinus, pari modo, ac in complices ejusdem (juxta hypothesim nimirum) tam acriter in illa Epistola fecit Papa Theodorus, Orientis Imperatori scribens?

SECUNDUM invicte, ut reor, demonstratur ex eodem citato documento VIII. Insigne equidem est hoc monu-

mentum pro Emi H. E. Parentis sententia, circa interpolationem Actuum Syn. VI., tutanda et confirmanda. Et revera – 1°. Aliunde etiam constat, quod heic in sua epistola Theodorus Pontifex praedicat, Theodorum jam Patriarcham Constantinopolitanum monotheletam extitisse, tempore quod praecedit, concomitatur, et subsequitur Concilium VI. Iamvero quî explicatur quod praefatum Concilium aliis omnibus Anathema dicit, excepto hoc uno Theodoro? – 2°. Quonam pacto quem Theodorus Papa *publice* ut haereticum cum Sergio Pyrrho aliisque, et ab Ecclesia sancta rejectum condemnatumque traducit, ipsum, paullo post, Synodus oecumenica profundo silentio ubique dissimulat, dum in vivis est, noxior certe existens, et jam ab ipsa sede Constantinopolitana ejectus? – 3°. Neque interpolationum Documentorum exempla desunt in ipsius Conc. VI. Actis relata, et in illa aetate et a Monothelitis ipsis usurpatarum. – 4°. Certum praeterea est Theodorum sedem Constantinopolitanam post absolutum Concilium repetiisse, interpolationemque potuisse facili negotio efficere suo nomini Honorii nomen substituendo. Ubi ergo legitur *Honorio haeretico Anathema* legebatur *Theodoro* etc.– 5°. Ceterum probe intelligitur quod S. Synodus ob abusum litterarum Honorii, quibus haeresim suam Monothelitae, injuria licet, tueri conabantur, et ob speciem favoris per illas errori illorum, etsi praeter intentionem, suppeditatum, potuit et debuit scripta illa condemnare (Act. VIII.); at nequaquam intelligitur, neque ullo pacto cum historia et factis et adjunctis conciliatur, quod haeretici Theodori, et quidem adhuc viventis et perniciosi nimis, nomine silentio transmisso, sanctae memoriae ceteroquin Pontificem, ob umbram favoris haeresi, licet praeter mentem, praebiti, Anathemate et vocabulo *haeretici,* perculerit (Act. XVI.)

TERTIUM ostenditur potissimum 1° ex Docum. III. per illa verba « Ne dicamus duas voluntates neque unam » ergo *silentium* fuit ab Honorio impositum, non *dogma* promulgatum 2° ex eodem Docum. III°. « Inde remansit

Ecclesiae filiorum *sententia dissona* per 46. annos » ergo nulla definitio sive in unam sive in duas Christi voluntates facta fuerat, qua Christicolarum determinaretur *sententia.*

QUARTUM demonstratur 1° ex Docum. I. ubi Pseudo-Amrus refert Imperatorem dixisse « Leonem esse Patrem Maximum omnium praesulum in Concilio Chalcedonensi congregatorum » 2° ex Docum. II°., quod recole. 3° ex Docum. III. illis verbis Eutychii Alexand. a Pseudo-Amro exscriptis scil. « Ecclesiae consilium per Honorium fuisse perturbatum » Cur enim non per Sergium totque alios, qui acerrime et positive egerunt in perturbationem Fidei, sed per Honorium *solum* id factum dicitur, nisi quia Doctor universalis et Caput hic putabatur? 4° potestas suprema Rom. Pontificis elucet ex Doc. V. VI. VII. et VIII. e modo scil. agendi et loquendi tum ipsorum Pontificum , tum Orientis Imperatorum. Quae eadem Documenta

QUINTUM quoque caput demonstrant: in iis enim supremam auctoritatem in RR. Pontificibus exercitam et agnitam in Oriente et in universa Ecclesia in quaestionibus ad Fidem spectantibus liquet ita, ut exempli gratia, quod, ob negligentiam Honorii, caussa fuit perturbationis totius Ecclesiae (Doc. III.), sui muneris esse censuerit Joannes ut dilucidaret, et clare edoceret Reges et plebem Christifidelium omnium (Docum. VI.). Sunt vero apprime, hanc in rem, consideranda, ut hujus annotationis conclusio, verba Constantini Imperatoris Joannem Papam alloquentis « *Nos,* ait, *stamus firmiter in Doctrina tua,* QUAE EST DOCTRINA VERITATIS.»

Ara Vicarius Orientis.

Fuit Ara non Patriarcha Orientis, ut perperam Raynaldus, et recentiores quidam Chaldaeorum existimavere, sed Patriarchae Orientis, seu Nestorianorum, Vicarius et Rabban, seu Archimandrita, uti ipsemet se appellat in sua Epistola ad R. P., utque res ipsa, et historia Patriarcharum ipsorum postulant. Fuit nimirum Sabarjesu V. Patriarchae Chaldaeorum (qui Nestorianis praefuit ab anno

Chr. 1226 ad an. 1256), in partibus Orientis, Vicarius, scilicet in terra Sinae, in Chataja et Tartaria Orientali – ubi plurimi Nestoriani morabantur –, ut ex ejusdem a nobis laudatae epistolae verbis sequentibus colligitur. «Misimus vobis, inquit, libellum, quem attulimus de pectore Orientis, scilicet de terra Sin: et libellum alium de fide ex parte Archiepiscopi Nisibeni (1), cui subscripserunt alii duo Archiepiscopi, et tres Episcopi. Et nos una cum eis in spiritu petimus iterum a paternitate vestra

---

(1) Nisibis, alias Soba, olim Achar, Graecis Antiochia ad Mygdonium, inter Metropolitanas Nestorianorum Sedes, secundum locum occupare coepit ex decreto Synodi Josephi eorundem Patríarchae ann. Chr. 553. Subjectae illi Metropolitano Ecclesiae in tabulariis Chaldaeorum recensentur: Baladae, Sigarae seu Singiarae, Arzuni, Amidae seu Diarbekir, Mardae seu Mardin, Baarbajae, Majapharkin seu Martyropolis, Haran, Hasan-Chepae seu Hesnae, Maarrae, Bakerdae, seu Beth-zabdae seu Gazartae (quae et Gezira hodie seu Insula). Sequiori aevo Nisibenus thronus conjunctas habuit Armeniam et Mardin: postremis vero temporibus, quod Nisibis tum Arabum nomadum excursionibus, tum aliis de caussis, pene diruta fuit, Metropolitana Sedes in tres alias divisa legitur in actis Synodi Amidensis ann. 1616 celebratae: in Amidensem scilicet, Bethzabdensem seu Insulae, et Hesnae seu Hasanchepensem. Porro Episcopi seu Metropolitae Nisibi praefuere: S. Jacobus Magnus ad annum Christi 338, quo obiit: Hosaeus Maruthae coaevus, sub Jabalaha, et Dadjesu circa an. 420, Barsumas, Sectae Nestorianae acerrimus propugnator, an. 485, et alii, usque ad annum Christi 1566, quo Ebedjesus seu Abdjesus Patriarcha chaldaeorum, ad calcem Professionis Fidei, quam coram Pio IV edidit, Nisibin inter Sedes Metropolitanas suo Patriarchatui subjectas enumerat (Cfr. Assem. Bib. Or. tom. 3. p. 2. pag. 767 et pag. 429). Chaldaei, interea, qui pacifica usque possessione, instrumentis quoque legalibus munita, Ecclesiam olim Cathedralem et magnificam Nisibis, esto hodie in ruinas redactam, S. Jacobo ejusdem Antistiti nuncupatam, ab initio ad haec usque tempora tenuerunt, maximo cum moerore, quinque abhinc annis, eandem usurpare Syros Jacobitas in viti conspicere coacti sunt; quia hi, nescio quam decisionem vizirialem, ut ajunt, aliquo modo, comparatam a Gubernio Constantinopolitano pro se, consequutos esse contenderunt apud Magistratum Diarbekirensem, ubi caussa agitabatur. Sic, in praesentiarum, et istud vetustum monimentum, ut tot alia, nobis ereptum, usurpatores detinent!

petitionem secundam pro I. Archiepiscopo Hierosolymitano, qui est de gente nostra, et pro fratribus nostris orientalibus christianis, qui sunt Antiochiae, Tripoli et Accon (Acri seu Ptholomaide) et in aliis terris vestris (h. e. ad occidentem Chaldaeae, in iisque locis, qui erant tunc in dominio Crucisignatorum) ut recommendetis eos, ne aliquis eos vexet etc. » Ara igitur, suo, laudatique Patriarchae nomine, Epistolam praefatam, cum Formula Fidei, transmisit ad Summum Pontificem Innocentium IV. an. 1247., cui formulae subscripsere praeter Christicolas Sinenses, Archiepiscopus Nisibenus, et alii duo Archiepiscopi, et tres Episcopi, procul dubio, post ejusdem Arae de Sinis in Assyriam, et Mesopotamiam reditum. Haec Documenta extant apud Raynaldum ad annum praedictum 1247. a num. 32. Et sic effecta fuerat haec prima omniumque, quae authenticis constant monimentis, antiquissima Nestorianorum *generalis* ad avitam Fidem Orthodoxam Conversio (1). Cf. etiam Cl. J. S. Assemanii B. O. t. 3. p. 2. pag. 410.

B

Benattibus Abulpharagius Abdulla.

Abulpharagius Abdulla Benattibus (2) Irakensis, seu Bagdadi in Babylonia natus, Doctor, Philosophus, Medicus, Monachus et presbyter, secta Nestorianus, ineunte undecimo Christi saeculo, claruit, Eliae Primi Nestorianorum Patriarchae a Secretis. Obiit autem anno Chri-

(1) Generales Nestorianorum cum Ecclesia Romana reconciliationes et ad fidem orthodoxam conversiones appello, cum cit. cl. Assemanio, eas, quae a Patriarchis illius gentis et Communionis factae fuere; particulares autem, quae episcoporum et populi alicujus Dioeceseos extitere. Harum quatuor exempla memorat ibidem cl. Auctor: generalium vero quinque, cui addenda est sexta quae evenit circa an. 1750 sub Elia et Jesujabo Nepote, de quibus mox erit sermo.

(2) Quod rectius scriberetur Ibn-al-Taiyb.

sti 1043. Inter ejus scripta, quae multa fuisse Eruditi tradunt, sequentia laudavi.

I. Commentarium in Evangelium Matthaei. Exstat unicus, quod noverim, Codex manuscriptus in Bibliotheca Ecclesiae S. Pethionis Amidensi Chaldaeorum.

II. Collectionem Canonum, cujus tres novi Codices: primus est Bibliothecae Vaticanae; secundus est Archivii B. Meskentae Martyris Maussulanae, quae est nostra Cathedralis. Tertius codex extat heic Romae in Bibl. Coll. Urb. de P. F. nuper de hoc nostro Maussulano exscriptus (1).

III. Evangelarium Nestorianum, quod novissime reperi in Museo Borgiano ejusdem V. Coll. Urb. de Prop. Fide, Lectiones continens juxta ordinem Ritus Chaldaeo-nestorianorum in Regione praesertim Maussulana observandum, secundum Officium grande in Monasterio Superiori Maussulae, ad Tigrim, olim redactum. Est in duas columnas divisum: chaldaicam et arabicam. Haec postrema, nedum simplex versio, dicenda et est paraphrasis alterius, scilicet chaldaici textus (seu celebris Versionis syro-chaldaicae, *vulgo* Pscittae, h. e. *Simplicis*).

Quam paraphrasim foetum esse nostri Benattibi nulli dubium, argumentis intrinsecis et extrinsecis critices bene ponderatis. Quum autem *Evangelarium* sit opus hoc, et proprium jurisque sui publici Ecclesia Chaldaea-Nestoriana illud effecerit, nomine Paraphrastis omnino carere oportuit. Huic Codici seu Evangelario aliud simile memini nos possidere in Archivio nostrae Eccl. Cathe-

---

(1) Hunc Codicem una cum aliis pluribus exemplaribus Chaldaeo-Nestorianis, jussu et sumptibus S. C. de P. F., Maussulae, de mss. nostratibus, exaratis, me operam qualemcumque praebente meam, secum Romam attulit Vir Clarissimus, Civisque meus carissimus, D. Joseph David Chorepiscopus Maussuliensis, S. Oecum. Vat. Synod. pro Ritibus Orientalibus Consultor. Qui summus Philologus, nunc, dum me scribente, uti audio, de eodem ferme, quod ego tracto, argumento, opus conscribere aggressus est, quod sane meo omnino elegantius atque perfectius fore prospicio.

dralis Maussulanae. De *Paraphrasi* seu *Commentariis* in *utrumque foedus* Benattibi loquitur Abulpharagius Barhebraeus in *Chron. Syr.* Et de ejusdem « Commentario in quatuor Evangelia » disserit Abulbaracatus Aegyptius in *synopsi Scriptorum.* Abraham etiam Ecchellensis Abulpharagii Benattibi paraphrases *magnam* et *Parvam* in Evangelia, et Codices easdem continentes laudat in opere « De Orig. Nom. Papae » (1).

Barhebraeus Gregorius Abulpharagius.

Gregorius Abulpharagius cognomento Barhebraeus Syro-Jacobitarum Primas seu Orientis Mapharjanus (2) Scriptor est saeculi decimi tertii celeberrimus. Ejus fama in Europa majori notificatione non indiget: innumera Syriace et arabice de omnigena eruditione edidit libros. Opus ejus a me laudatum, quod inscribitur ܕܝܪܝܟܬܐ *Directiones*, eam considerationem et auctoritatem penes Syro-Jacobitas obtinet, quam Epitoma Canonum Ebedjesu Sobensis penes Syro-Nestorianos. Exstat autem hic liber in exemplaribus manuscriptis in pluribus Bibliothecis Europae, et in diversis Orientis locis. Interim non erit abs re duo heic animadvertisse. 1. Syro-Jacobitas multo parciores videri Nestorianis, in suis antiquis documentis, quoad testimonia pro primatu Romanae Apostolicae Sedis – 2. Ex eodem Barhebraeo, tum in laudato opere, tum alibi, et praesertim in illo, cui titulus « Candelabra Sanctuarii » quemadmodum ex Nestorianis, evinci antiquitatem traditionis ab iisdem Jacobitis receptam circa plura Doctrinae Catholicae capita, recenter a Protestantium familiis denegata et contempta. Cujusmodi ex. g. sunt doctrinae circa canonem SS. librorum – modum dividendi duas Decalogi Tabulas – Sacramenta Confirmationis,

---

(1) Exstat quoque hujus Ibn-al-Taiyibi in librum Galeni dictum *Ars Parva* Explicatio, in Cod. 443. Arab. Musei Britannici.

(2) Est dignitas exorta post divisionem Syrorum Christianorum in Nestorianos et Jacobitas, similis illi, qua gaudebat Catholicus ante schisma, et aequivalet Primatis gradui, estque prima post illorum Patriarcham.

et Extremae Unctionis – Confessionem Auricularem – Custodiam et cultum SS. Eucharistiae Sacramenti in Altari, citra Missam – Discrimen inter peccata gravia et levia – Purgationis et Expiationis locum in altera Vita – Existentiam Angeli Custodis pro unoquoque homine – Libertatem Ecclesiae in eligendis sacris suis ministris – Virginitatis et Monachatus excellentiam, et alia. Quae omnia utiliter posset quis juris publici efficere, edita ad hoc speciali elucubratione textibus originalibus munita.

C

onstitutiones Canones, vul-, Apostolo-m.

Ebedjesus Sobensis in Catalogo Script. Syr. laudat Clementis Romani, quem unum de LXXII. discipulis putant Orientales, opera, quae sunt: Historia Petri et Pauli et Joannis et Apostolorum; eorundemque Canones: et sermones (ejusdem Clementis). Sane Constitutiones seu Canones Apostolis adscriptos Syri omnes et alii tamquam genuinam Clementis hujus Collectionem agnoscunt. Ebedjesus noster videtur praeludium ad primum Tomum sui Nomocanonis, seu Epitom. Cann. Synod., hosce Canones et Constitutiones Apostolorum seu (ut ibidem dicuntur) Synodum I. et Synodum II. Apostolorum, praefixisse (sicuti cernitur in vetustioribus manuscriptis ejusdem Epitom. Quod adprobat J. S. Assem. B. O. t. 3. p. 1. nec non Emus Majus, qui Documentum istud, hoc sub respectu, publicavit in Scrr. Vett. N. C. e Vatt. Codd. edit. t. X.). De iisdem porro Const. Apost. Ecchellensis in opere « De Origine Nominis Papae » sub titulo ܕܒܕܝܢܐ ܕܥܠܡܐ, scribit « Sunt hae variae Apostolorum Constitutiones, quas sub eodem titulo refert Clemens Papa, et S. Petri discipulus, et sunt maximae apud Orientales Auctoritatis, praesertim *(quod videtur respicere primo Originale ipsum, dein arabicam versionem)* in Ecclesia Alexandrina. Harum exemplar Syriacum penes nos *(Maronitas nimirum)* est; arabicum extat in Bib. Vat. »

De Canonibus vulgo arabicis, quorum antiquiores Nicaeno-Sardiceni possent forte appellari, aliis deinceps additis aliunde congestis, satis dictum est, data occasione, in corpore hujus Opusculi. Superfluum itaque alia appingere circa famosos hosce Canones, quorum Auctoritas, quidquid dicatur de eorundem genuitate et origine, utpote relativa, et ad mentem Nostratum, qui, similes aliis Orientalibus, eosdem uti Nicaenos recipiunt, mensuranda, maximi est facienda. De iisdem multum disputat cit. Ecchellensis, in opere cit., cui tamen non in toto adstipulor.

D

Dadjesu Synodus.

Dadjesus (1) Seleuciensem primatialem thronum an. 430 adeptus, paullo post, apud Beheramum Persarum regem a quibusdam Episcopis accusatur, quos ille propter eorum crimina sedibus dejecerat. Beheramus in carcerem detrudi eum jubet. Inde dimissus (2) in Coenobium Arcae (3) se recepit et dignitatem abdicare constituit. A fidelibus tamen et Episcopis exoratus aegre passus est ad suam redire sedem. Tunc Synodum, a nobis allegatam, celebra-

---

(1) Nomen est vel totum Chaldaicum e *dad* dilectus et *Jesus* compositum, ut sentit Barhebraeus in Chr. Syr. par. 3. aiens דד יש̇וע vel a *dad* persicum *dedit* et Jesus, ܕܝܕܝܗܒ ܝܫܘܥ qua suppositione responderet alteri nomini integre Chaldaicum Jesujab (Jesus-dedit). Hujus Dadjesu Commentarios in Danielem, Lib. Regum, et Siracidem seu Ecclesiasticum, meminit Ebedjesus in Catalog.

(2) Demissus fuit e Carcere intercedente Theodosii Imperatoris Legato, qui Beheranum adiverat ad pacem inter duo imperia concludendam.

(3) Hoc Monasterium Kebuthae seu Arcae in summitate montis Cardoi seu Ararat, ubi Arca Noe consederat, jam tunc exstabat, et deinceps fuit jugiter a Syris nestorianis inhabitatum. Ex hoc aliisque monimentis apparet: qui inter Armenos ante Gregorium Illuminatorem fuerunt Christiani, eos ad Ecclesiam Chaldaicam olim pertinuisse, sive ante, sive post nestorianismi invasionem.

vit an. Ch. 433., cui interfuere Agapitus Lapetae Huzitarum, et Hosaeus Nisibis Metropolita, cum aliis 25. Episcopis. Ejus acta extant completa in Synodico Magno Chaldaico, cujus auctor seu Collector est Elia I Patriarcha Nestorianorum, qui obiit an. Chr. 1059. Exemplar autem, de quo exscripsi verba allegata, exstat heic Romae, in Bibl. V. Coll. Urb. de Propaganda Fide, nuper, cum aliis, descriptum Mausuli, ut modo dicebam, ex antiquo codice jam ad Patriarcharum Eliarum familiam pertinente, modo autem ad Coenobium Hormisdae Persae Chaldaeorum. Est autem Codex hic initio et fine mutilus. Unum solum aliud exemplar, quod ego sciam, exstat completum quidem, et nitidissimis exaratum characteribus, in vetusta Bibliotheca S. Jacobi in Dioecesi Seertensi. In eodem Synodico seu collectione sunt Acta et Epistolae Timothei I. Patriarchae, et multa alia, quae alibi frustra quaeres, dignaque existimantur quae lucem conspiciant. Ad synodum Dadjesu quod spectat, illius meminerunt, ejusque acta summatim referunt, post Eliam Damascenum in Nomocanone, Ebedjesus in Epitome, Benattibus, aliique.

E

Ebdjesu Sobensis, et ejus Epitome Canonum.

Ebedjesus, patre Bricha, hoc est, Benedicto, Sigarae (1) et Arabiae primum Episcopus praefuit, circa annum Christi 1285, deinde ad Metropolitanam dignitatem Sobae seu Nisibis (2) et Armeniae evectus est, circa annum 1290.

---

(1) Urbs Mesopotamiae ad Occasum Maussuli, in monte cognomine, cujus in Hist. Nestorianorum et Arabum frequens mentio. Nunc mons ille inhabitatur a Jeziditis, qui Manichaeorum in Oriente transformatio sunt, et plura praeseferunt, ibidem, renegatae olim Christianae Religionis, imo et Instituti Monastici non obscura vestigia.

(2) Non Arabia, quae est Orientalibus Insula Arabum, et tam Petraeam quam Felicem comprehendit, ubi Nestoriani sequiori aevo tres habuere Metropolitas; sed locus sic et interdum Beth-Arbaje a syris dictus, qui in Mesopotamia juxta Nisibin est, quemque Barde-

Sub Timotheo hujus nominis secundo, cujus ipse Ordinationi, et Synodo ab eodem habitae, interfuerat, obiit, mense Novembri, anno 1318. De ipso judex competens J. S. Assemanius (B. O. t. 3. P. 1. p. 325.) sic ait « Eam eruditionis famam tum apud sectarios suos, tum apud reliquos Syros obtinuit Ebedjesus Sobensis, ut nemo alius sermone syriaco tam soluta, quam vincta numeris oratione elegantius scripsisse existimetur. Et quidem Doctoribus Syris Ephraemo, Isaaco, et Jacobo comparandus esset, nisi dicendi copiam, styli nitorem, sacram denique eruditionem, Nestorianorum contaminasset erroribus. Praecipua ejus opera quae supersunt, sunt: 1. Epitome canonum synodicorum a nobis saepe in hoc opusculo laudata, quae ab universa Nestorianorum Communione ceu Corpus jurisprudentiae Christianae, et fori ecclesiastici, semper habita, et statim ac prodierat a Timotheo II. Patriarcha, in synodo supra memorata can. I. approbata fuit, ut in ejusdem Epitomes Par. V. ad calcem legere est. Plura hujus operis exemplaria manuscripta optimae notae exstant tum in Bibliothecis Europae, tum in Bibliotheca Patriarchali nostra, tum apud Nestorianos etiam, et alibi. Volumen hoc praecedit, ut plurimum, Collectio Constitutionum et Canonum Apostolorum, per Clementem Romanum, ut est persuasio Orientalium, facta. Cl. m. Eminentissimus Card. Majus publicavit illud, cum interpretatione latina, in t. X. Script. Vett. Nova Collect. Dolendum codicem illum, quo usus fuerat, Amidae, Josephus II. Patriarcha, in suo *Speculo Terso,* contra Nestorianos Primatum Rom. Pont. inde arguens, interpolatum aliquantulum fuisse. 2. liber Carminum inscriptus « Paradisus Eden.» 3. liber inscriptus « Margarita. » 4. catalogus Librorum syrorum. 5. Turgamae et Hutamae seu Interpretationes et Conclusiones pro S. Missae solemnitatibus. Demum animadvertendum perperam Ecchellensem, Renaudotium, Nai-

---

sanes saec. II. scriptor, et alii Osrhoenae, seu Regioni Edessenae conterminum faciunt.

ronum aliosque hunc Sobensem Nestorianum, decimi quarti saeculi Scriptorem, cum alio juniore Ebejesu vel Abdjesu perpetuo confudisse, qui sub Pio IV. Sum. Pont. in Urbem profectus, fidemque orthodoxam professus, in Chaldaeorum Patriarcham consecratus fuit (1). Plura de hoc Auctore si desideres, adito Assem. l. c.

Elias Anbarensis Episcopus.

Elias sub Abrahamo Patriarcha Episcopatum urbis Anbarae (2), circa annum Christi 920, gerebat. Ejus opus chaldaicum, a nobis laudatum, est liber unus carminum in tres tomos seu partes divisus, quarum unaquaeque pars continet sermones, sermones vero Centurias, hae autem Strophas seu Numeros. Est equidem opus admirabili contextum artificio, sententiis e Scriptura et Patribus undequaque conquisitis refertum, in quo tam Vetus quam Novum percurrens auctor Testamentum, de Deo, de Christo, de Ecclesia, de Sacramentis, de virtutibus et vitiis, deque ceteris hujusmodi disserit, nestoriano tamen, quoad Verbi Incarnationem, ubique sensu. Plura habentur ejusdem exemplaria manuscripta completa et nitidissimis characteribus exarata. Inter cetera, laudanda quae in Bibliotheca Vaticana, in Biblioth. Patriarchali

---

(1) Conspicitur iste Ebedjesus depictus in Aula sacelli Sixtini ad Vaticanum, et dicitur etiam, antequam ad suos rediret, Sessioni ultimae Concilii Tridentini interfuisse. Auctor hic est carminis in laudem Papae, et alterius de vita et gestis Sulakae Joannis Patriarchae. Videsis P. Strozzam De Dogmatibus et Synodalibus Chaldaeorum ad calcem, et cit. Assem. B. O. t. 1. pag. 539 et t. 2. pag. 456 et 497.

(2) Anbara, alias Pheroz-Sapor, urbs erat Episcopalis in Provincia Primatiali, tum Patriarchali Chaldaeorum ad Euphratem sita a Bagdado parasangis decem distans. Bina ibidem Chaldaeorum coenobia totidemque ecclesiae exstitere; scilicet Jonae et S. Cyriaci. Coenobium Jonae a fundatore homonymo originem habuit, uno ex primis discipulis S. Eugenii vitae Monasticae apud Orientales seu Syro-Chaldaeos Parentis, et ante Concilii Nicaeni tempora institutoris. Idem Jonae coenobium sub Mar-Aba Patriarcha circa an. 540. Ebedmessias Hirtensis instauravit, Motuacchelus autem Arabum Chalipha circa an. 852 solo aequavit, una cum altero S. Cyriaci coenobio, plurimisque aliis Nestorianorum Ecclesiis et monasteriis.

Chaldaeorum Maussuli, in Amidensi S. Pethionis Chaldaeorum, in pagis Maussulanis Telkef et Alcush, et alibi asservantur.

Elias Damasci Metropolita.

Elias cognomento (جـــوهري) Gevheri ex Hierosolymitano Nestorianorum Episcopo, a Joanne Patriarcha anno Christi 893., Damascenus ejusdem Sectae Metropolita ordinatus fuit. Vitam protraxit ad annum Christi circa 905. Ejus Nomocanon Arabicus a nobis laudatus exstat manuscriptus in Bibliotheca Vaticana, et in Bibliotheca Ecclesiae S. Pethionis Amidae Chaldaeorum. Alia etiam edidit Damascenus iste opera, quae videri possunt apud J. S. Assem. l. c.

Elias Nestorianorum primum, dein Catholicorum Patriarcha Chaldaeorum ab anno 1591.

Elias hic unus est ex successoribus Bar-Mamae, successitque jure hereditario, in Patriarchatum Nestorianorum in Maussulana civitate, an. Chr. 1591. Legatos ad Paulum V. misit anno 1607. Iterum cum Adam Archimandrita, cujus gesta superius descripsimus, Litteras et Professionem Fidei, nestoriano errore scatentes, an. 1610, misit, postulans ut siqui sunt in sua Fide errores corrigerentur, et in Communionem Sedis Apostolicae admitteretur. Anno 1616. Amidae Synodum habuit, cui interfuere cum ipso Archiepiscopus Senior seu Decanus Hesnensis, Archiepiscopus Seertensis, Archiepiscopus Gezirensis, Archiepiscopus Hierosolymitanus et Amidensis, Episcopos Persidis, et Archiepiscopus Vanensis in Armenia, et in qua Diodori, Theodori, et Nestorii tandem abjurati fuerunt errores. Haec fuit quarta, in Ordine temporis, Nestorianorum cum Ecclesia Romana conjunctio generalis, quam J. S. Assemanius describit, ex P. Strozza, in sua B. O. t. 1. a pag. 543. et t. 3. par. 2. pag. 412. et t. 3. p. 1. pag. 622. Acta porro, Professiones fidei, et Epistolae, tum Eliae hujus Patriarchae, tum ejus Synodi, a nobis laudata, exstant apud memoratum Strozza in opere de Dogm. et Synod. Chaldaeor. alias citato, ex Chaldaico in latinum ab Isaaco Sciadrensi versa. Hujus felicis Eventus memoriam nuper legi etiam in ms. arabico Amideno vitam et gesta Josephi I. Patriarchae Chaldaeorum continente.

Elias, qui et Denha Nestorianorum Babylonensis Patriarcha ab an. Ch. 1722.

Elias, qui et Denha, de genere et familia Patriarcharum Nestorianorum, Marughaeo Patruo defuncto suffectus fuit. Vixit usque ad annum 1778. quo, licet dedisset saepe litteras et vota pro unione cum Ecclesia Romana et fide orthodoxa, in Communione tamen Nestoriana obiit. Duos reliquit nepotes Episcopos, qui de Patriarchatu concertare non cessarunt, nimirum Jesujabum et Joannem Hormez. Jesujabus Joanne Senior reconciliatus fuit solemniter Bagdadi cum Ecclesia Romana, anno 1749. quo suo suppresso, et Eliae patrui, qui adhuc vivebat, explicito nomine, ad Benedictum XIV Summum Pontificem dedit Litteras obsequium et orthodoxam professionem fidei continentes, quas rursum eodem, ut reor, tenore repetiit, anno 1756. Hae sunt Litterae Chaldaicae Eliae istius, a nobis laudatae, quarum exemplar in manuscripto Amanuensis coaevi, et forte ejusdem Praesulis a Litteris Chaldaicis, habeo, et in meo servo Scrinio. Porro Jesujabus post Patrui decessum recognitus fuit a suis in Patriarcham, qui, non obstantibus repetitis Unionis et orthodoxiae protestationibus, attamen, dum vixit, dubiae fidei aliquando praebuisse fertur indicia, et pari item modo fuisse defunctus. Interea Joannes Hormez qui a juventute sua catholicam fidem operâ Notabilium Maussulanorum, professus fuerat, Metropolita Maussuli erat, et non fuit in Patriarchatu Chaldaeorum confirmatus nisi multo post Jesujabi obitum, anno scilicet 1830. quo a Pio VIII S. Pallio fuit insignitus. Hoc tandem Bagdadi anno 1838. vitam longam et laboriosam claudente, una cum ea, Series illa in aeternum claudebatur, Patriarchatus nimirum, ex una familia et stirpe hereditarii, quae ab anno 1450, Simeone Patriarcha Auctore, nefando more, incepta et stabilita fuerat, in accelerationem ruinae fere totalis hujus tam conspicuae olim Nominis Christiani in Oriente Partis et Communionis. De nostro Elia ejusque Nepote Jesujabo, atque eorundem ad Sedem Apostolicam relationibus mentionem facit Jos. Aloi. Assem. in libro inscripto « De Catholicis seu Patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum Comment. » pag. 241.

Ephraem seu Epraem aut Apraem, Magnus et Syrorum propheta cognominatus, Nisibi natus, fide Christiana, et litterarum educatione a S. Jacobo ejusdem Metropolis Episcopo fuit institutus. Ibi etiam in celeberrima Schola magistrum egit usquedum Edessam profectus fuit. Carminis heptasyllabi fuit Epraemus inventor, sicut Narsaeus hexasyllabi, et alii aliorum. Ejus opera syriace scripta satis nota sunt ex eorum editione Romana in 3. voluminibus, et ex Codd. Vatic. apud. J. S. Assem. praesertim recensitis, in B. O. t. 1. Unum solummodo addam: plurima adhuc latescere in Mesopotamia et alibi, in manuscriptis, hujus S. Doctoris elucubrationes. Inter cetera jam inveni ejus Carmina XII. in Joseph, quae tanta elegantia et tam mirabili gratia sunt conscripta, ut maxime sit exoptandum ea quamcitius luci et Litterarum syriacarum, nec non S. Archeologiae et Philologiae studiosis donatum iri. Quod autem jure pro sententia a Nestorianis recepta sit a nobis Pater iste Syrus allatus, in nostro opusculo, facile evincitur: Etenim Nestoriani in Officio Divino passim dum Doctores suos syros, quos Graecis opponunt, commemorant et invocant, S. Ephraem numquam non primo loco, cognomine magni, et ceu ceterorum Principem laudant. Eodem prorsus modo, licet saepe injuria, pro suo tuendo errore, ipsius auctoritatem scriptores Nestoriani allegant. Certe Syri nostri qui, ab haeresi, nestoriani, et a mundi plaga, quam incolunt, a Nisibi et infra, Orientales appellantur, nulla umquam alia denominatione, quam syrorum, suos usque doctores, suamque item designarunt linguam, quae ceterum eadem est cum aramaea et Chaldaica seu syrochaldaica (1). Equidem Syros, et syro sermone scriptores omnes recipiunt, sive orthodoxi, sive nestoriani, tum ante tum post Nestorianismi ortum illi floruerint, exceptis solummodo iis, qui manifeste monophysitae exstiterunt. Quod sane, ad nostrum S. Doctorem quod spectat, eo ma-

S. Ephraem Syrus an. 373.

(1) De quo argumento fusius alias et praesertim infra in Append. II.

jori jure faciunt, quod Nisibenus sit origine, patre, educatione et magistri professione, ita ut ipse Barhebraeus, Jacobitarum scriptorum facile princeps, Ephraem *Nisibenum* appellet (1). Vere Edessam deinceps Epraemus migravit; ast tunc nulla intererat inter Orientales et Occidentales Syros differentia; imo Persarum aliorumque Orientalium Syrorum Doctorum erat, ea aetate, et paullo post, Edessa Mater et Schola. Idcirco Nestoriani in Gazza Magno (Officio Sanctorum) in Commemoratione Doctorum Syrorum suorum, Sanctum nostrum, hic Syrum, Syrorum prophetam Magnum, illic Orientalem in oppositione ad Occidentales vocant; inde et perpetuo ad Ecclesiam Persidis pertinentem, et primum inter ceteros Patres, item Syros vocatos, et suos Doctores, recensent: Narsaeum scilicet, Barsumam ceterosque Nisibenae Scholae magistros, chaldaeorumque atque Aramaeorum, Nestorianos licet, claros viros. Ephraem igitur pariter Chaldaeorum fuit Doctorum Primus.

Ad haec, Ebedjesus Sobensis in catalogo libr. syror. c. 49 ait « nunc postquam lucubrationes Patrum Graecorum recensuimus, enumerare aggrediamur lucubrationes Patrum Syrorum » et continuo pergit promiscue, ordine chronologico recensere scriptores syros, et suae sectae probatos: Simeonem Bar-Sabbahe, Acacium, *Ephraemum*, Narsaeum, Barsumam, Marutham, Isaacum Ninivitam, Mar-Abam, et reliquos, donec ad se ipse suamque aetatem perveniat. At isti omnes ita dicuntur Syri, ut non desinant esse Chaldaei. Ergo pari modo et S. Ephraem. Et haec satis sunt ad assertum nostrum demonstrandum.

G

Gabriel Hesnae seu Hesen-Kepae an. 1609-1616.

Gabriel Episcopus Hesen-Chepae in Mesopotamia Decanus fuit et senior episcoporum, qui una cum Elia Patriarcha, ut supra, Nestorianismum ejuravit in Synodo

(1) Part. 2. Chr. Syr. in vita Flacilli Patriarchae.

Amidensi anno 1616. Ejus carmen Chaldaicum mirabili contextum artificio, edidit Petrus Strozza in libro citato « Synodalia Chaldaeorum. »

Georgius Arbelae et Mossuli Metropolita an. Ch. 945.

Georgius Arbelae seu Adjabenae (1) et Mossuli seu Athur, idest Assyriae, Metropolitanus ordinatus fuit ab Emmanuele Nestorianorum Patriarcha circa an. Chr. 945. Etsi enim sub prioribus Nestorianorum Patriarchis Arbelae seu Adjabenae Metropolitanus a Maussulano, seu Assyrio, diversus erat, sequiori tamen aetate unus idemque utramque sedem occupare consuevit. Georgii Arbelensis principale opus est « Declaratio Officiorum ecclesiasticorum » quod I. S. Assemanius recenset ex Codice Vatic., in B. O. t. 3. par. 1. p. 518, cujus etiam plura exemplaria exstant in multis Chaldaeae locis et bibliothecis. Ipsius quoque est Officium Chaldaicum festivitatis Transfigurationis D. N. J. C. quo nos in praesentiarum utimur.

I

S. Ignatii Episcopi Antiocheni Martyrii Acta et Epistola ad Rom.

Ignatii Antiocheni martyrii Acta chaldaica, ex quibus Epistolam ipsius ad Romanos allegavimus, exstant in manuscripto Nestoriano, quod ad Coenobium Hormisdianum nunc pertinet, ex quo desumptum fuit nuper Mossuli exemplar, una cum aliis Martyrum et Sanctorum Actis Syro-Chaldaicis, pro Bibliotheca V. Coll. Urb. de Propaganda Fide (2).

---

(1) Arbela Adiabenae pars, urbs Assyriae, apud quam Alexander Macedo Darium Persarum regem vicit. Ab initio Christianismi episcopos suos habuit, et insignem gradum inter sedes metropolitanas. Ejus praesules Arbelenses simul et Maussulani metropolitae fuerunt a 7° ad 12ᵐ saeculum, quo Arbelae Sedes divisa fuit a Mausulana. Fuit illa nobilissima Ecclesia destructa a Neuruzo Mohammedano, initio Mogulentium regni, an. 1275; et rursus anno 1401 a Timurchano, quem Tamerlenchum dicunt, una cum ipsa fere universa Arbelensi Regione, barbarum in modum fuit devastata.

(2) Novissime cl. Jos. David hunc Codicem sub numero XVIII. recensuit, inter novos Codices pro praefata Bibl. Borg. V. Coll. Urb. de Propaganda Fide, anno proxime superiori, comparatos.

Acta igitur syriaca, cum epistola ad Romanos Ignatiana, quae annuntiabat I. S. Asseman. in B. O. Clementino-Vaticana t. 3. par. 1. pag. 17. servari, imperfecta tamen, inter Codices Vaticanos et in t. 1. pag. 606. ejusdem B. O., et postmodum, *item mutila,* laudat c. v. Anglus Cureton in « Corpore Ignatiano » et in *Catalogo*, ex Cod. Mus. Britan. (una cum aliis pluribus mss. Richianis ab Assyria et Chaldaea acquisitis) haec, inquam eadem Acta cum Epistola ad Romanos, perfecta tamen, apud nos exstant in Codice Nestoriano olim Amadiensi, modo autem ad Coenobium Hormisdianum pertinente, ex quo, ut dixi, exscriptum nuper fuit exemplar jussu et impensis S. C. de Propag. Fide. Quae quidem Acta et epistolam, hisce diebus, cum illis graecis, a Theodorico Ruinarto magna cum consolatione primum inventis et editis ex manuscripto Colbertinae Bibliothecae, apud Cotelerium, contuli, et adamussim concordare conspexi; nec non et cum latinis Actis antea ab Usserio Archiepiscopo Àrmachano ex Codd. mss. jam vulgatis. Insuper admonendum : Epistolam Ignatii ad Romanos separatim, juxta alium Codicem Nitriensi-Britannicum a laudato Curetonio editam in eod. Corp. Ignat., ad exordium epistolae ipsius speciatim quod spectat (hoc enim modo ad rem nostram refert), cum nostri Codicis et in Actis Syro-Chaldaicis contenta Epistola, plane concordare. Quamquam, de cetero, sententiae Curetonii relate ad genuinitatem exclusivam epistolarum ignatianarum ab ipso ex Cod. Nitr. editarum, adstipulandum minime ducam.

Jure autem merito sententiam Ignatianam, praecise quod Primatum Ecclesiae Romanae attinet, in ejusdem Epistolae praesertim exordio, expressam, Nestorianorum quoque eandem esse, rationes evincunt.

1ª Quod recepta sit haec ejus Epistola et magni habita penes ipsos, et in Codice ab ipsis exarato aliaque continente Nestorianorum propria, conservata existat.

2ª Quod in eorum Pontificali inter praecipuos suos suaeque Communionis Doctores Ignatium laudent et invocent, ut suo loco admonuimus.

3ª Quod Iesudadus Episcopus Hadithae, et Salomon Metropolita Prath-Mesanensis seu Bassorae, Nestoriani, nec non Amrus Matthaei historiographus aliique Ignatium ita laudent, ut inter praecipuos SS. Ecclesiae Rectores et Magistros, recenseant.

4ª Quod, de reliquo, Nestoriani libenter fateantur ab aevo Apostolico usque ad Nestorianismi invasionem, se suamque Ecclesiam Antiochenae fuisse partem, suosque praesules magnos, Archiepiscopos videlicet Seleuciae et Ctesiphontis,ab Episcopo Antiocheno ceu Patriarcha totius Orientis dependisse, ab eodemque Ordinationem primitus accipere consuevisse.

Jabalaha III. Nestorianorum Patriarcha anno 1304.

Jabalaha (Deus dedit) ex genere Turcorum in Regione Catajae natus, hujus nominis III., Nestorianorum Patriarcha celebri Bar-hebraeo Gregorio Iacobitarum Primati coaevus, Benedicto Papae XI. per Iacobum Religiosum virum, anno Graec. 1616. Christi 1304., Literas illas, quarum protulimus testimonium, ex Maraga Civitate Regni Persarum miserat. Exemplar earum latine versarum exstat apud Raynaldum ad praed. an. 1304. num. 23. hac Eminentissimi Baronii praefixa nota « hoc anno, inquit Baronius (in N. M.), ante obitum Benedicti, Episcopus Orientalium scripsit literas chaldaice ad ipsum Benedictum Romanum Pontificem, quibus fidem catholicam est professus, fateturque Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum. Habetur libro Privilegiorum Romanae Ecclesiae (t. 3. p. 277): habentur illic ipsae literae.» Prosequitur Raynaldus: « producimus, ait, eas e memorato volumine, quae subjectis verbis conceptae sunt: » sequitur Epistola. De qua re etiam Spondanus ad an. 1305. Sic narrat « hoc eodem, ait, anno, idem Pontifex Benedictus XI. nuncios accepit ac literas a Jabalaha Patriarcha Orientalium Christianorum chaldaeo idiomate conscriptas; quibus Romanam Ecclesiam ac ejus Pontificem summum omnium Christianorum Pastorem ac Judicem agnoscebat. » Porro tunc locum habuit Reconciliatio secunda generalis, seu Patriarchalis, Nestorianorum cum

S.Ecclesia Romana. Decessit hic Jabalaha die 13. Novemb. an. Chr. 1317. de quo Amrus scribit: « Hic, ait, honorem, gloriam et auctoritatem consequutus est supra omnes decessores suos, adeo ut Mogulensium Imperatores et Khani eorumque filii caput illi aperirent et genu flecterent » (videsis Assem. B. O. t. 3. p. 2. p. 129.).

Jesujabus Adjabenus Patriarcha Nestorianorum ab anno 650.

Jesujabus hujus nominis III. Nestorianorum Patriarcha cognomento Adjabenus, postquam in Schola Nisibena literis dedisset operam, tum monasticum institutum in Coenobio Iacobi Beth-Abe amplexus fuisset, mox Ninives episcopus, dein Mossul et Arbelae Metropolita, demum Nestorianorum Patriarcha post Maremes obitum fuit electus, praefuitque iis ab anno Chr. 650. ad an. 660. Maximam apud gregales suos doctrinae famam obtinuit. Ipse ordinavit « Penkitha d'Hudhra » h. e. Tomum Circuli, seu Officium Divinum, quod nomine etiam *Dominicalis* interdum citavimus. Ordinavit etiam Rituale et Pontificale Chaldaeorum. Collectio Epistolarum ejusdem mirabili eloquentia conscriptarum exstat in exemplaribus plurimis mss. Romae, et apud nos in Chaldaea. Plura de isto Patriarcha ejusque operibus tradit I. S. Assem. in cit. B. O. t. 3. p. 1. a pag. 113.

Jesujabus Nisibenus.

Jesujabus Melchonis filius fuit Nisibis Archiepiscopus ab an. 1190. ad an. 1222.

M

Maussulanus Nestorianorum coetus in causa Sulakae anno 1552.

Epistolam Nestoriani Cleri et populi ex coetu Maussulano an. Chr. 1552. ad Iulium III. R. P. scriptam, et cum Sulaka Maussulano, Rabban h. e. Archimandrita Coenobii Hormezdae in Patriarcham electo Romam (1) ordinationem

---

(1) Unde castigandus est error, quem una cum pluribus aliis irrepsisse doleo in opere gallico inscripto « La Chaldée » par M. l'Abbé Martin, Rome 1867, ubi p. 23 dicitur: « Par *une heureuse méprise,* l'élu Sulaka... se rendit á Rome ; » quod animadvertere mihi liceat pace cl. Auctoris, cujus, ceterum, eruditionem et zelum laudo.

et confirmationem accepturo missam; nec non alteram epistolam, quam septuaginta viri Nestoriani Hierosolymis, quo usque commemoratum Salakam Romae iter prosequuturum concomitaverant, eodem ferme tenore ad eundem Rom. Pontificem scripserunt, ex autographo syriaco seu chaldaico latinas fecit cl. Masius in Epistola ad Eugenium Busbeckium, ut est videre apud I. S. Assem. cit. B. O. tom. 1. cap. 47.

Earundem Literarum, et hujus in annalibus nostrae Ecclesiae chaldaicae celeberrimi facti historiae authenticae, Raynaldus quoque mentionem habet ad annum 1553.

Mares Salomonis filius historiographus Nestorianus claruit ab an. Christi 1135., in Provincia Babyloniae, cujus liber *Turris* inscriptus exstat in Codice 109. inter arabicos in Vatic. Bibl. Jamvero hujus Maris et Amri Matthaei opera homonyma existunt, et occasionem praebuerunt confusioni inter utrumque auctorem, uti vidimus supra in notitia Amri. Mares Salomonis.

Ali Abul-Hasan cognominatus Massudius, sive melius Al-Massudi, est scriptor notissimus Aegyptio-arabs Secta Mohammedanus, qui obiit an. Chr. 957. Inter ejus opera praecellit historia cui titulus « Prata aurea » quae typis jam impressa habetur. Ejusdem manuscripta exemplaria vidi Mossuli, in Bibliothecis scholarum Muslemicarum. Massudius Mohammedanus scriptor circa an. Chr. 900.

N

Narses seu Narsaeus e Maaltha urbe (1) episcopali olim Assyriae sub Metropolitano Adjabeno seu Arbelae oriundus, cognomento leprosus, a gregalibus suis S. Spiritus Cythara, Orientis lingua, Magistrorum Magister, doctor doctorum, Pelagus scientiarum, aliisque insignibus nominibus cohonestatus, jam inde a principio haeresis Nesto- Narsaeus Doctor saec. V.

(1) Nunc Maaltha est pagus Regionis Nuhadrensis ad provinciam Metropolitanam Amadiensem pertinens.

rianae in Mesopotamia, e Schola Edessena una cum pluribus aliis sociis expulsus, celeberrimae Nestorianorum Nisibenae Scholae exstitit fundator et Praeceptor. Hoc munere Narsaeus per quinquaginta annos, eximia cum laude, et Auditorum affluentia fungens, fuit insuper hexasyllabi Carminis inventor, non secus ac pentasyllabi Balaeus, heptasyllabi Epraemus, et dodecasyllabi Jacobus. Itaque elegantissima reliquit omnis generis, omniumque ferme scientiarum volumina, in quibus praeter haeresim Nestorianam nihil fere reprehendas, multa in dogmatum catholicorum confirmationem reperias. Pauca supersunt ex ejus lucubrationibus in manuscriptis, inter quas primo loco sunt certe memoranda carmina, seu sermones de Dispensatione Dominica aliique a nobis allegati, qui exstant in uno volumine in bibliothecis nostrarum Ecclesiarum in Mesopotamia et Assyria. Deerant omnino, saltem hic Romae (1), codices continentes Narsetis Carmina chaldaica; et diutius adhuc abfuissent, nisi alias laudatus D. Jos. David superiori anno h. e. 1869. Mossuli, me curante, unum exemplar ex nostris manuscriptis exscribere fecisset, sumptibus S. C. de Propaganda Fide, pro Coll. Urb. Bibliotheca, ubi hodie asservatur, dignum, quod quamcitius lucem conspiciat. Obiit Narsaeus circa an. Graec. 807. Chr. 496. paullo scilicet postquam impius Barsumas ejusdem Edessenae Scholae condiscipulus, dein Nisibis primus (an. 435.) Nestorianae sectae episcopus, interiit, quem inter et ipsum contentio propter Mammaeam ejusdem Barsumae concubinam exarserat.

Officium dictum tomus circuli et alterum dictum «Gaza» Nestorianor.

Officium Divinum Chaldaeorum, quod tum Nestorianis tum Orthodoxis neophytis est fere idem, dempta scilicet apud catholicos chaldaeos haeresi Nestoriana, passim al-

(1) An alibi in aliqua Bibliotheca exstent sermones metrici Narsaei ignoro; valde autem dubito.

legavimus sub nomine etiam Officii Magni aut Dominicalis aut anni Circuli. Inscribitur siquidem « Tomus anni Circuli, » continetque Officia Dominicarum et solemnitatum mobilium totius anni. A Jesujabo Adjabeno est quidem tomus iste magnus coordinatus, reformatus, et additamentis locupletatus, sicut in aliis etiam fecit officiis ecclesiasticis, non est tamen ipsius, neque recentioris et nestorianae aetatis opus, in se et quoad majorem materiei partem; sed quod semper ab origine Christianismi penes Ecclesiam Syro-Chaldaicam in usu fuit, in eam formam et distributionem, quibus nunc illud conspicimus Jesujabus Patriarcha III., saeculo VI. in VII. vertente, redegit.

Alterum Officium quoque passim a nobis laudatum inscribitur « Gaza » h. e. thesaurus, quod comprehendit majorem et potiorem partem officiorum solemnitatum Domini et Sanctorum, quae dicuntur immobiles. Est in usu integro apud Nestorianos, at Chaldaei orthodoxi alium *tomum* sibi composuerunt, opera praesertim Iosephi II. eorum Patriarchae initio saec. XVIII. qui officia festorum immobilium continet partim ex ipso Gaza contracta, partim novo cusa. Ceterum Gazae nimis prolixe, at ditissime, et elegantissime, plerumque, sunt preces, hymni, et cantica conscripta. Initium Tomi hujus a Natali Domini est, et finis in Inventione S. Crucis.

P

Pontificale Chaldaeorum.

Quod allegavi Chaldaeorum Pontificale non est idipsum quod nunc a chaldaeo-catholicis usurpatur, sed illud quod antiquum est et proprium Nestorianorum, licet, de cetero, nihil nestorianae quod sapiat haeresis, contineat, praeter nomina et laudes eorum trium Doctorum. Obiter interea est admonendum chaldaeo-catholicos nullo jure, nullaque obtenta S. Sedis Apostolicae venia et confirmatione, alia sibi, et non parum ab antiquis mutata effecerunt officia, Ritualia pontificale et ipsam Liturgiam. Faxit Deus ut Summo Pontifice auspice, Ritus nostri

ad primaevam et venerandam antiquitatem redeant, solis exclusis, quae adversantur rectae fidei, nestorianorum innovationibus. Completi Pontificalis nestorianorum voluminis rara sunt exemplaria. Praeter enim illud quod in Vat. Bib. servatur, vix alia duo optimae tamen notae, et nitidissimis exarata characteribus in *Chaldaea* habemus.

S

Salomon Bassorae.

Salomon Chalatensis h. e. ex urbe Chalata in Media oriundus, Jesujabo Melchonis filio Nisibis Metropolitae aequalis, Ecclesiae Bassorensi seu Prath--maisanensi Nestorianae praeerat an. Christi 1222. Libri ejus *Apis* inscripti chaldaice et arabice exarati plura exstant exemplaria manuscripta tum in Vat. Bibl. tum apud nos.

Simeon Nestorianus Patriarcha anno 1653.

Simeon Nestorianorum in Persidis finibus Patriarcha, unus ex iis qui orthodoxis Sulakae, Ebedjesu, et Aatallae succedentes, et Sedem suam in iis locis figentes, unionem interruperunt cum Ecclesia Romana. Hunc ejusque Epistolam ad Innocentium X. an. 1653. scriptam et a nobis allatam memorat J. S. Assemanius in cit. B. O. t. 3. par. 1. pag. 622. et J. Aloisius Assem. in Comment. de Catholicis seu Patriarchis Chaldaeorum et Nestorianorum.

Alius Simeon Nestorianus Patriarcha anno 1770.

Alteram alterius Simeonis adduximus in testimonium, cum textu chaldaico, epistolam, quae ad R.P. scripta fuit anno Christi 1770. Iste Simeon ex illa serie est, quam modo memorabam, illorum, sub nomine Simeonis Patriarcharum, in finibus Persarum Nestorianis praepositorum, qui primum orthodoxi et uniti fuerant cum Ecclesia Romana, dein schismatici et haeretici evaserunt. Exstat ejus mentio, et ejusdem textus chaldaici reproductio apud cit. Joseph Alois. Assem. in suo Commentario memorato p. 230. et 249. Hujus nominis et stirpis heredes supersunt usque ad hoc tempus, qui nestorianis dominantur, Patriarchae, iisdem in confinibus, in pago, cui nomen Kocianos residentes.

T

Timotheus I. Patriarcha ab an. 778 ad an. 820 Christi.

Timotheus primus ex episcopatu Beth-Bagas sub Adjabenico Metropolitano in Patriarcham Chaldaeorum Nestorianorum, post Ananjesum II., circa annum Christi 778. fuit electus. Multa praeclare gessit et scripsit, in 43. annorum intervallo, quibus gloriose admodum patriarchatum illum, illa praesertim aetate adeo extensum, administravit. Obiit enim anno Christi 820. Harun Al-Rascidus et Mohdius praecipue, Timothei aetate, Arabum Chaliphae seu Imperatores potentissimi Bagdadi floruerunt, qui ejusdem, et ejus Gentis amici ac protectores sese exhibere non destiterunt. Ex certis documentis ad historiam illius temporis pertinentibus constat: 1° Eadem aetate claruisse etiam Bagdadi in secta nestoriana Gabrielem et Bochjesum medicos, Abu-noh philosophum, Theophilum Astronomum, et Aunum Geverensem. 2° Sub memorato Rascido Harranitas manichaeos humanum caput sacrificare deprehensos nefarii ritus poenas luisse. 3° Hamdunam quemdam Christianorum inimicum eidem Rascido suggessisse mortuorum ossa a Christianis adorari: quamobrem edictum promulgatum ut templa eorum ubique exscinderentur, donec Rascidus certior factus Sanctorum Reliquiis, non quorumcumque hominum ossibus cultum a Christianis exhiberi edictum revocavit. 4° Causam praecipuam cur Timotheus hujus Chaliphae gratiam inierit fuisse propter Zabaidam ejusdem uxorem, quam, quum is repudiasset, nec eam ex impurae Mahomedanae legis praescripto, nisi alteri prius illa nuberet, repetere fas esset, rationem Timotheus, non tamen sine Religionis Christianae contemptu, excogitavit, qua et uxoris Chaliphae pudori, et Mahomedanae superstitionis integritati consuleret. 5° Disputationem ab ipso Timotheo cum Mohdio Chalipha habitam, in qua ipse Patriarcha et victoriam, et majorem apud Mahomedanos considerationem acquisivit. 6° Sub Timotheo et per ipsum, an. 781. Regem Turcorum cum toto

fere regno suo ab idololatria ad Christianam Religionem accessisse. 7° Anno quoque 790. Nagranem civitatem magnam, Homeritarum in Arabia felici regiam, ex Juliani phanastiastae haeresi, cum 13. ecclesiis suis, ad Sectam Nestorianam fuisse conversam. 8° Missos ab eodem Timotheo ad praedicandum Evangelium gentibus, et ad christianos regendos, episcopos hos; nimirum Subhaliesum, Jabalaham et Kardagum in regionem Ghelanitarum et Dilamitarum, ad oram scilicet Caspii Maris, quae Persidem respicit: Eliam in Mukan civitatem, in finibus Dilamitarum positam: Narsaeum in Senam Arabiae urbem: Petrum in Jaman et Sanaa, hoc est, in Arabiam felicem: et David in Sinarum regnum. 9° Ab eodem Timotheo Simeonem Persidis Metropolitam una cum Episcopis suffraganeis jurisdictioni patriarchali Babylonensis Antistitis, a qua, a saeculo ineunte sexto, ad illam usque diem, defecerant, et ad quam reducere eosdem praesules Jesujabus Adjabenus Patriarcha multum, at frustra, conatus fuerat, subjectos fuisse. Multa de lucubrationibus eximii hujus Antistitis habet, ex Ebediesu Sobensis catalogo, J. S. Assem B. O. t. 3. Sed epistolae ejus ad Principem christianorum in India a nobis citatae habetur mentio apud Benattibum in sua Collectione canonum; item plures epistolae ejus exstant in Synodico Magno chaldaico manuscripto, quod memoravimus supra in articulo de Dadjesu Synodo. In quo Codice exstant etiam Acta ejusdem cum Mohdio Chalipha Disputationis: quae omnia, perpretiosa sane monumenta, nullibi in Bibliothecis Europae, saltem quod ego sciam, reperiuntur, et dignissima sunt quae juris publici fiant. Haec paullo fusius ad utilitatem lectorum de praeclaro hoc inter Orientales Nestorianos viro, disseruisse non ingratum fore duxi.

APPENDIX II.

CONTINENS ECCLESIAE SYRORUM ORIENTALIUM
HOC EST CHALDAEORUM GENESEOS, NOMINIS, LINGUAE
ET PRIMORDIORUM CONCISAM EXPOSITIONEM.

CAPUT I.

De origine et ratione nominis Syrorum Orientalium sive Chaldaeorum deque eorumdem lingua.

§. I.

Vulgatum est penes Philologos atque historicos Chaldaeorum seu Babyloniorum, et Assyriorum nomina pro eodem populo tum in S. Codice, tum apud profanos et ecclesiasticos scriptores passim adhiberi (1). Hujusmodi cum commutationem, tum unitatem denominationis ex imperii Babylonico-Assyrii vicissitudinibus facile explicabis. Iisdem gentibus sororibus in unum fere populum conjunctis, Aramaeorum, in sacro Codice praesertim, Syrorum, a Graecis et Romanis, denominatio communis fuit (2). Eadem *Syrorum* denominatio, quatenus Aramaeam, praesertim orientalem omnem, quae scilicet praeter Mesopotamiam, Assyriam quoque et Babyloniam designat, complectatur, post Religionis christianae ibidem propa-

---

(1) Cfr. Gesen. Glaire et Winer. Dict. hebr. ad voces אַשּׁוּר et כַּשְׂדִּים, Cic. De Divin. l. 1. c. 1. cum adnot. Davis, et J. S. Assem. Bibl. Orient. praesert. t. 3. par. 2.

(2) Cfr. Hoffman. Gram. Syriac. prolegom. §. 1.

gatam, in usu prae ceteris nominibus praevaluit, sicuti penes profanos erat, apud scriptores ecclesiasticos quoque Graecos, et Syros ipsos (1). Ad discrimen ponendum inter hosce Syros, et Syriae superioris incolas, respectu ad regionum situationem habito, Nostrates, hoc est, Syri chaldaei, Syri Orientales fuerunt appellati, vel simpliciter Orientales. Quo nomine, a Nisibi et infra, omnes christicolae sermone vel Ritu sacro Syriace, seu, quod idem est, Chaldaice, i. e. Aramaice utentes comprehenduntur. Porro inde a primordiis Reparatae Salutis apud Christianos rejectae fuerunt denominationes Chaldaeorum et Aramaeorum ; Chaldaeorum quidem, quia jam hoc nomine intelligebantur, ratione ad primos Inventores, et in eadem professione praestantiores, et celebriores habita, in Astronomiae, Astrologiae et Divinationis Artis periti (2). Quae

---

(1) Cfr. Sozom. hist. eccles. l. 6. c. 33. praesertim, sicuti ubique. De scriptoribus autem Syris seu Chaldaeis nulla dubitatio. Sane Sozomenus ubique Syris conjungit Persos, quos dicit Syris finitimos. Ergo sub nomine syrorum intelligit etiam Assyrios, Parthos et Babylonios. Item Hieronymus in Isaiae c. 20. « quos, ait, veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros »—Justinus l. 1. « qui a Barbaris, ait Assyrii, a Graecis Syri appellantur » — Ammian. Marcell. lib. 23. et Acron, atque Porphyrius scribunt « quae nunc Syria olim Assyria vocabatur — Herodotus Hist. lib. 7. c. 63. de Assyriis agens, ait « Illi a Graecis quidem Syri appellabantur, a Barbaris vero Assyrii sunt vocati» quod testimonium laudans Eustathius in Dionys., eidem Xenophontis quoque adiungit — Hyginus fab. 275. « Semiramis, ait, Decretis filia in Syria Babylonem condidit. Quapropter Tatianum qui se Assyrium ipse dicit, Clemens Alex. et Theodoritus Syrum, appellant; Epiphanius vero cum Syrum tum in Mesopotamia natum dicit. Bardesanem quoque Edessenum Eusebius Epiphanius et Theodoritus Syrum appellant, Hieronymus et Porphyrius Babilonium. Sane Arrianus lib. 2. Exped. Alex. scribit « Euphrate ac Tigri mediam Assyriam contineri »; et S. Epraemus Manetem Huzitam, e Perside oriundum, Babylonium dicit, et Narsaeus SS. Principes Magos cum Persas, tum Assyrios, vocat.

(2) Cfr. cit. Cic. l. 1. de Divinat. quod et extra haesitationem admittendum, et videre est apud scriptores Syros seu Chaldaeos, et in ipsis Officiis eorum divinis. Cfr. etiam DD. hh. ad vocem כַּשְׂדִּים.

superstitiosa secta cum primum visa est deficere de medio Regionum, ubi Christiani Nostrates degunt, coepit renasci denominatio prisca illa propria; et primum quod sciam a Barhebraeo usurpata fuit ad designandos Syros hosce Orientales, in sua Gram. Metric., ubi ait: ܡܪܝܐܝܬܐ ܕܡܕܝܢܚܐ « Mirabiles Orientales . ܡܪܝܢܢ : ܕܢܢ ܡܪܝܐ ܕܟܠܕܝܐ antiquissimi Chaldaeorum filii. » Et in Horr. Myst. *Ur*, patriam Abrahae, dicit esse Chaldaeo-Syrorum ܐܘܪ ܕܟܠܕܝܐ Item in Chron. synast. X. p. 276-177. ܡܫܐ ܕܟܠܕܝܐ ܡܫܬܢܝܐ. de Abul-Hasano Harranita loquens, et ejus scripta recensens, ait ipsum inter cetera opera conscripsisse « Annales Regum Syrorum Veterum , qui sunt iidem cum Chaldaeis:» ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪܝܐ ܕܗܢܘܢ ܗܘ ܟܠܕܝܐ ܕܗܢܘܢ ܡܠܟܐ ܕܐܬܘܪܝܐ Dein ab Eugenio IV , qui ܕܩܝܡ ܠܟܠܕܝܐ decrevit Nestorianos insulae Cypri, qui, cum suo Archiepiscopo Timotheo, unionem Ecclesiae Romanae amplexi fuerant, non esse in posterum vocandos Nestorianos, sed Chaldaeos. Exinde communis juris evasit denominatio ista perinde ac per decretum hoc S. Apostolicae Sedis, profana significatione emundata, fuisset renovata atque sancita. Similis ratio fuit rejectionis denominationis Aramaeorum, quae propria visa fuit effecta Gentium, inter Aramaeos ipsos, non credentium, qua acceptione est in N. T., in quo passim, ubi Gentes apponuntur Fidelibus, vel Judaeis, Aramaei seu Armaei syriace dicuntur (Cf. Coloss. c. 3. v. 11. et parall. loca). Eodem sane modo, quo usurpantur et apud Latinos, nomina Gentilis et Pagani. Exempla tamen non desunt usus vocabuli Aramaeae ad

designandam praesertim Chaldaeam seu Babyloniam, interiorem Mesopotamiam et Assyriam (1).

§. II.

Unde videntur caussae probabiles agnosci, quibus Chaldaeis et Aramaeis, nomine proprio vetusto evitato, post Christianismi eventum, cui tempestive jam ipsi nomen dederunt, sola Syrorum denominatio communis, et propria facta sit: 1° scilicet, quia denominatione hac *Syrorum* designati sunt a vicinis, et ejusdem religionis populis graecis, qui ut vidimus, *Syrum* vocabulum *Aramaeo* substituerant. 2° Eo vel magis quod suos ipsos Apostolos ab Edessa, cui unum nomen Syriae tunc erat, cum fide et rebus omnibus ecclesiasticis acceperant, et Antiochiae, Syriae Metropolis, Episcopum, ut suum Patriarcham, et potestatis ecclesiasticae per sacram Ordinationem pro suis Primatibus auctorem, ante haeresim Nestorianam, ultro recognoverant. 3° Addendum linguam, quae ut plurimum nomen dat populis, syriacam, sic inde a Christianismi primordiis ab ipsis aramaeorum et chaldaeorum familiis appellatam (2), in sacris, et in

---

(1) Occurrit hoc sensu accepta Aramaeae denominatio in Actis genuinis S. Millesii saec. IV.: apud Simeonem Reth-Arsamensem saec. V.: in Constitutione Sobarjesu Patriarchae de scholis saec. VIII et IX.: in Actis mss. S. Maris Orientis Apostoli: et aliis in mss. antiquissimis optimae notae, ubi diserte Mesopotamia Assyria et Media Syria, Babylonia vero et finitima loca Aramaea appellantur.

(2) Et revera Chaldaeo-Assyriorum lingua non diversam subiit sortem ab illa, quam eorum genus expertum fuisse cernimus. Quae enim Syriaca numquam non a Graecis et Romanis, et postmodum ab ipsis Syris dicta est, eadem est, quae Aramaea lingua in Sacro praesertim Codice dicitur, quaeque a populo cui fuit vernacula et est, chaldaica seu babylonica jure appellatur. Ex philologis enim alii autumant hasce denominationes diversitatem licet levissimam dialectorum unius earundem pro principali stabiliendae, indicare, alii contra censent unam eamdemque omnino sub diversis nominibus Semiticam istam linguam esse, sive Aramaeam seu Chaldaicam sive Syriacam ve-

Sermone majoris saltem partis illius Ecclesiae usitatam non potuisse populis illis in unam familiam ecclesiasticam compactis sui ipsius denominationem, prae ceteris, non imponere. Nonne cernimus Graecos per Orientem et alias, simili de caussa, Romaeos, et Catholicae Religionis

---

lis nuncupare, quum inter illas discrimen aut nullum, aut levitatis vel novitatis caussa nihili faciendum, intercedere compertum sit. Porro Mesopotamia quae est Aram Sacrae Scripturae, et nomine Syriac passim a Graecis et Romanis profanis scriptoribus, et perpetuo dein ab ecclesiasticis designatur, eamdem ab initio possidebat linguam atque Aramaei, Assyrii, et Babylonii seu Chaldaei. Quod est extra omnem dubitationem positum. Jamvero aurea aetas hujus linguae quatuor fuit vel quinque primorum a Christo nato saeculorum, quibus, et praecise in nobilissimis Syriae hujus ([a]) urbibus, Nisibi nimirum et Edessai, excultam illa in summa puritate et elegantia sese exhibet. Atque, uti ex dictis patet, jam ea aetate ab indigenis, sicuti ab exteris Regio illa non amplius Aramaea sed Syria, atque ejusdem vernacula lingua quae ibidem maxime exculta celebrabatur, non Aramaea sed Syriaca dici consuevit. Quae ceterum denominatio quoad interioris Asiae et Syriae partes usu invaluit ideo etiam, quod inde Religionis Christianae Praecones et Ritus gentes illae acceperunt, in illa quidem lingua, quae licet aliam denominationem eousque possederat, jure tamen Syriacam vel ipsi Chaldaei appellare maluerunt, tum dicta de causa Religionis, tum ob culturam et celebritatem quas in Syria nacta fuit. Eodem modo lingua italica dicitur Florentina vel *Thuscana*. Ceterum non desunt hic illic denominationis antiquae h. e. Aramaeae, loco Syriacae, exempla etiam penes Ecclesiae Christianae Scriptores. Recentioribus vero non incongrue linguam hanc Aramaeam, Syro-chaldaicam appellare lubet.

([a]) Syri Orientales seu Chaldaei conveniunt Regionem Mesopotamiae quae antea Aramaea dicebatur, ex quo quidam Syrus, interfecto patre, ibidem regnavit, Syriae nomen accepisse, et puram linguam Syriacam eamdem cum Aramaea antiqua esse, hancque suam propriam esse. Sic asseritur in Codice mss. Chaldaico, cui titulus Grammatica Jesu-Barnu Patriarchae, saec. VIII. et in altero votustissimo cui titulus «Explanatio verborum obscurorum, quae sunt in Pentateuco, excerpta ex commentariis Theodori, et Doctorum Syrorum, scil.: Ephraem, Joannis, Abrahami, Michaelis et ceterorum», nec non in libro Paradisi. Eden Ebedjesu Sobensis in praefatione.

cultores Francos in Oriente passim, Latinos alibi communiter appellari? Sic etiam modo Protestantes in Oriente, indigenae licet, nomine Anglorum vel Americanorum distinguuntur; et Christiani S. Thomae in Malabar, Indi licet, denominationem Chaldaeorum sive Syrorum prae se ferunt. Imo nomen Syri in lingua syriaca sive chaldaica vulgari, idem sonat ac Christicola. Hisce itaque positis, mutatis jam adjunctis in re nostra ecclesiastica, non immerito Syros nostrates h. e. Orientales, Chaldaeos, eorumque linguam chaldaicam appellandi usus jam est receptus, invaluitque tum in Actibus authenticis S. Apostolicae Sedis, tum alibi quoque generatim. Cui appellationi, etiam ex infra dicendis de Sede primaria et Patriarchali hujus Ecclesiae, majus jus et vis accedet.

§. III.

De Chaldaeorum linguae praerogativis, et antiquitate.

Heic non abs re erit obiter adnotasse circa eundem sermonem Aramaeo-Chaldaicum:

I. Ipso, tunc temporis in Palaestina vernaculo, usum fuisse Christum Dominum, B. Virginem, et SS. Apostolos: Sanctum autem Matthaeum pro Hebraeis conscribentem Evangelium eadem lingua id fecisse invictis argumentis et exemplis adductis, penes Philologos compertum esse.

II. Quo vero sermone Verbum Carne indutum usum, eodem primitus cum Protoparentibus nostris ipsum colloquutum fuisse, in Paradiso Eden, nostro scil. syriaco seu aramaico, constans est Orientalium Traditio: Et sane

1. In Codice Amadiensi inscripto: *Scholia in Pentateuchum, ceterosque V. F. libros, collecta ex interpretationibus B. Theodori et commentariis Syrorum: Ephraemi,* scil. *Ioannis, Abrahami Bet-rabbanentis, Michaëlis et ce-*

terorum Doctorum (1) habetur ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܬܪܓܡܐ ܕܡܘܫܝܐ ܕܡܘܪܫܝܢܐ ܕܟܠܗ ܡܫܟܢܬܐ ܕܐܕܡ ܕܐܝܟ ܕܡܠܠ ܐܠܗܐ ܥܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܢܝܐ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܐܘܡܬܐ

ܡܫܬܡܫܢܐ ܕܠܐ . ܡܫܬܡܫܢܐ . (ܕܠܐ ܡܫܬܡܫܢܐ)

« Syriacam fuisse linguam primam, non autem, ut rati sunt quidam, hebraicam, ex eo liquet, quod Abraham appellatus fuerit primum hebraeus ob *hebar* (transitum) fluminis Prath (Euphratis). Ipse autem fuit de Ur Chaldaeorum Syrorum. Quomodo autem potuisset uti lingua, qua non fuerat institutus ? etc. »

3. Salomon Bossorensis in libr. Apis, c. 24. scribit: ܡܢ ܐܕܡܐ ܥܕܡܐ ܕܒܢܝܢ ܡܓܕܠܐ ܚܕ ܠܫܢܐ ܗܘܐ ܠܘܬ ܡܫܝܚܐ ܕܒܒܠ. ܘ. ܠܫܢܐ ܐܪܡܝܐ ܡܫܬܡܥ. ܠܐܝܟ ܕܠܡܢܐ ܠܫܢܐ ܥܒܪܝܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܕܟܠܕܝܐ ܕܐܝܟ ܕܢܫܬܡܫ ܒܗ ܠܫܢܐ ܕܠܐ ܐܬܬܠܦ ܠܗ. ܡܢ ܐܕܡ ܥܕ ܒܢܝܢ ܡܓܕܠܐ ܚܕ ܠܫܢܐ ܗܘܐ ܒܥܠܡܐ (ܐܪܡܝܐ ܕܐܝܬܝܗ) ܠܬܪܓܡܐ ܕܐܪܡܝܐ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܕܡܢ ܕܥܪܒܐ ܠܗ ܠܫܢܐ ܥܒܪܝܐ ܐܠܐ ܡܢ ܕܥܒܪܘ ܠܢܗܪ ܦܪܬ ܒܪܝܫ ܗܘܘ ܡܬܩܪܝܢ ܠܫܢܐ ܥܒܪܝܐ.

« Ab Adamo usque ad constructionem Turris unus erat in Mundo sermo, scilicet sermo Aramaeus, h. e. Syrus. Est autem qui contendit illum fuisse hebraicum. Ast Hebraei, nonnisi postquam Abraham transiit *(hebar)* flumen Euphratis, coeperunt isto nomine vocari. »

4. Ebedjesus Sobensis in Schol. ad Praef. Lib. Carm. Parad. Eden. idem, modo licet aliquatenus diverso, sentit, et S. Ephraem citans, ait: ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܦܪܝܡ ܩܕܝܫܐ ܕܠܫܢܐ ܫܘܪܝܐ ܗܝ ܕܐܝܬ ܒܗ ܠܫܢܐ ܡܫܬܡܫܢܐ ܥܡ ܐܒܘܢ ܐܕܡ ܕܡܡܠܠ ܥܡ ܐܠܗܐ ܕܒܪ ܡܢ ܗܝ ܕܫܪܬ ܒܝܕ ܥܒܪ ܘܐܒܕܐ ܗܘܬ ܥܕ ܐܒܪܗܡ. ܗܢܐ ܕܟܕ ܥܒܪ ܠܢܗܪ (ܐܦܪܬ) ܩܪܝܬ ܥܒܪܝܐ. ܡܢ ܐܕܝܢ ܕܐܬܐ ܠܗ ܠܫܢܐ ܥܒܪܝܐ.

« Porro S. Ephraem dixit: linguam syriacam esse linguam primam, qua usus est Deus patrem nostrum Adam colloquens, et quae remansit penes Heber, et perducta fuit successive usque ad Abraham. Hic autem quum transiit *(hebar)* fluvium vocatus fuit hebraeus. »

5. Jesu-Bar-Nun Patriarcha(saec. VIII.) in Grammatica tradit: ܡܫܝܚܐ ܕܒܒܠ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܐܒܪܗܡ ܡܢ ܐܪ ܕܟܠܕܝܐ ܠܡܫܬܡܫ ܒܗ ܡܫܬܡܫܢܐ ܕܠܫܢܐ ܠܐ ܐܬܬܠܦ ܠܗ ... ܡܢ ܕܒܒܬ ܡܒܗܪܝܢ ܗܘܘ ܡܫܬܒܝ ... ܡܢ ܕܒܒܬ ܡܒܗܪܝܢ

ܕܐܬܪܝܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܣܘܪܝ ܕܡܠܟ ܒܡܣܘܦܘܬܡܝܐ ܘܡܢܗ ܩܪܝܬ ܟܠܗ ܐܬܪܗ ܕܫܘܠܛܢܗ ܗܘ ܐܪܡܝܐ ܘܥܬܝܩܐ ܗܘ ܣܘܪܝܐ ܘܝܕܥ ܕܐܒܪܗܡ ܐܪܡܝܐ ܗܘܐ ܕܡܠܠ ܣܘܪܝܐ. « Syria, de nomine *Syri*, sic appellata fuit, qui Syrus, fratre interfecto, regnavit in Mesopotamia, et inde vocata fuit tota regio ejus dominii Syria. Antiquitus autem *Syri* vocabantur *Aramaei*... Et scito Abrahamum lingua aramaea loquutum fuisse, quae est syriaca.» Supersedeo autem rationibus intrinsecis idem comprobantibus.

III. Ad versionem Syriacam, *vulgo* Pscittam, ceterarum antiquissimam, quod spectat, pervulgata est penes Scriptores Syro-Chaldaeos sententia, quam Jesudadus supra citatus in sua *Elucidatione N.F.* tradit scribens (1): ܕܒܠܫܢܐ ܣܘܪܝܐ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܣܦܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܡܫܐ ܒܪ ܢܘܢ ܘܕܝܢܐ ܘܪܘܬ ܘܫܡܘܐܝܠ ܘܕܘܝܕ ܘܡܫܠܐ ܘܩܘܗܠܬ ܩܘܩܝܐ ܘܐܝܘܒ ܒܙܒܢ ܫܠܡܘܢ ܒܒܥܘܬܗ ܕܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ. ܘܣܦܪܐ ܐܚܪܢܐ ܕܥܬܝܩܐ ܘܕܚܕܬܐ ܕܒܠܫܢܐ ܣܘܪܝܐ ܒܙܒܢ ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܕܐܕܬܐ ܒܥܘܬ ܬܕܝ ܕܬܠܡܝܕ ܕܟܠܗ ܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܫܠܝܚܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܢܘܢ ܣܦܪܐ ܕܡܫܝܚܝܐ ܕܝܥܩܘܒ ܘܕܒܪ ܥܒܪܝܐ ܗܘ ܕܡܠܠ ܣܘܪܝܐ. « In syriacum sermonem versi fuerunt libri sacri hoc modo, scilicet: Pentateuchus quidem et Jesuh-Bar-Nun, et Judices et Rauth et Samuel et David et Proverbia et Ecclesiastes et Cantica Canticorum et Job, tempore Salomonis, rogatu Hirami ejus amici, regis Tyri; libri autem ceteri tum V. tum, N. T., tempore Abgari regis Edessae, cura Thaddaei ceterorumque Apostolorum; « consentiunt fere ceteri omnes Scriptores Chaldaei, nec non Syri-Jacobitae, et nominatim Bar-hebraeus.

CAPUT II.

Chaldaeorum Ecclesiae ambitus et confinia.

Magna itaque Syrorum Orientalium seu Chaldaeorum Ecclesia, jam inde a suis incunabulis in orientalem maxime, atque septentrionalem Asiae partes continuo se se

(1) Hoc Jesudadi testimonium allegat Gabriel Sionita in Praef. ad Psalt. Syr. ab ipso typis vulgatum.

*

exporrigens, majoris suae propagationis et vitae adultae diebus, comprehendere conspiciebatur Mesopotamiam, Assyriam, Parthiam, Mediam, Babyloniam, utramque Arabiam, Armeniam, Persidem, Tartariam, Chatajam, Scythiam, Hyrcaniam, Chorosanam, Transoxanam, Indiam, Sinam, nec non, in parte, Syriam Anteriorem, Palestinam, Ciliciam et Aegyptum, non exclusis etiam Oceani insulis, ad Arabiam Felicem, vel ad Indiam spectantibus. Et quamquam, ab initio, Chaldaeorum Ecclesia Antiochenae Appendicis instar fuerit, quippe cujus Sedis olim, ante adeptum scilicet patriarchatum, Ordinationi, Primates illius se se obnoxios ultro profitebantur, nihilominus Dioecesis Chaldaeorum vel Orientalium ideo speciatim, praeter supra allatas rationes, posteriori saltem aetate, nominari coepit, quod in regione Chaldaeorum et in Babylonia primordia illius fuerunt, ubi et primaria numerosae hujus Ecclesiae Sedes constituta est; et quod, quum extra Romani Imperii fines tota Orientem versus distenderetur, ejusque potior pars Parthica ditione primum contineretur, Ecclesia magna Seleuciae, quae ad Tigrim, cum Ctesiphonte urbe altera, posita erat, principalis totius idcirco Dioeceseos vel Patriarchatus Civitas habita usque fuit. Inde nomen trahens, qui deinceps ad hunc usque diem, in eodem pene solo Sedem figit suam ejusdem Ecclesiae, ad paucitatem licet hodie reductae, Patriarchatus primum Orientalium, tum Chaldaeorum et Babylonensis retinuit appellationem.

CAPUT III.

Prospectus historicus Provinciae Patriarchalis, tum subjectorum Metropolitarum Ecclesiae Chaldaeorum.

Ad eorum, quae de statu olim perprospero Ecclesiae Chaldaeorum modo delibavi, majorem dilucidationem, juvat notitiam Provinciae Patriarchalis, nec non ejusdem Metropolitarum, quamquam brevissime, tradere, prout certissimis documentis et vestigiis illas provincias exsti-

tisse edocti sumus, aetate, qua florentissimae res christianae penes Nostrates succedebant, lenta licet Nestorianae haereseos et schismatis tabe peredente , per decem nimirum, et amplius signate secula.

Jamvero constat imprimis, quem summum Sectae Nestorianae Antistitem audiebat, eum fuisse Seleuciae et Ctesiphontis (1) Episcopum: Babyloniae Aramaeaeque Archiepiscopum seu Metropolitam: Chaldaeorum Assyriorum Persarumque Primatem seu Catholicum: omnium denique Nestorianam haeresim profitentium , proindeque Ritu chaldaico utentium, Patriarcham. Porro tamquam Babyloniae, seu Aramaeae Metropolita , Chaldaeorum Patriarcha triginta plus minus Episcopos , suas proprias provincias tenentes, subjectos habebat (2), quae Provinciam Magnam Cochensis apud Seleuciam in Babylonia Ecclesiae Magnae S. Maris Apostoli efformabant.

Metropolitae autem eidem Patriarchae subjecti 27. numerantur.

1. Elamitarum seu Gandisapor (3). – 2. Nisibis (4). –

(1) Hae duae civitates Regiae dicebantur in Regione Aramaeorum, et sedes Imperii primum Parthici, dein Persici: a Chosroe Anuscirvano coepit ibidem urbs Mahuza Regalis esse et nominari. In illa vicinitate Babel seu Babylonia erat, non quidem illa prima, ubi Turris, sed altera a Semiram Regina eodem ferme loco exstructa, quae usque ad Theodosii Magni tempora supererat, testibus scriptoribus nostratibus. Imperium Arabum Bagdadum eidem substituit, Babelis nomine quandoque appellatam.

(2) Cfr. J. S. Assem. B. O. t. 3. p. 2. pag. 361.

(3) Urbs Susianae seu Huzitidis a Sapore Persarum rege condita, a Susa sex Parasangis dissita. In Metropolim a Nestorianorum Patriarchis erecta Lapetae successit. Hinc Metropolita Elamitarum, Lapetae, Gandisaporis, et Huzitarum apud Chaldaeos pro uno eodemque accipitur. Quatuor subjectos episcopatus habuit.

(4) De ista Metropoli disserui supra in adnot. ad nomen Arae in Append. I., quae celeberrima olim civitas in ruinam, Arabum devastationibus, redacta paucos hodie numerat fideles ut plurimum advenas, quorum curam gerit presbyter Chaldaeus a suo episcopo Mardinensi missus, cujus Administrationi hujus Ecclesiae exiguae, carae tamen, reliquiae sunt commissae. Ibidem cernuntur vestigia Magnae olim Ecclesiae S. Jacobi, quam, ut alias conquestus sum, licet ab immemo-

3. Perath-Mesenae seu Bassorae (1). - 4. Mossul sive Assyriae (2). - 5. Arbelae seu Hazae et Adjabenae (3). - 6. Reth-Garmae seu Reth-Seleuciae et Carchae (4). -

---

rabili jugiter in possessione legitima fuisset Chaldaeorum, quinque tamen abhinc annis, Syri Jacobitae, auro, Literis Ministerialibus Constantinopoli extortis, usurpare ausi sunt, frustra nobis, viribus omnibus, uno AURO excepto, clamitantibus.

(1) Urbs Babyloniae ad Tigrim sita, prope Sinum persicum, plures episcopatus subjectos numerabat. Metropolis instituta fuit a Papa Seleuciensi Primate, anno Christi 310. Nunc paucos fideles, inter millia Arabum, continet, quorum curam gerit presbyter a Patriarcha Babylonensi Chaldaeorum mitti solitus.

(2) Mossul, mea patria, notissima urbs ad Tigrim, e regione antiquae Ninives, cujus Ecclesia Chaldaica, multis abhinc annis a Patriarcha Babylonensi, qui in ipsa ob multitudinem fidelium et adjacentium pagorum magis quam Bagdadi residet, administratur. Fuit aliquando Adjabenae seu Arbelensi Ecclesiae conjuncta, aliquando vero ab ea divisa. Juxta tabulam Eliae Damasceni Metropolitae, saeculo IX, habebat sex episcopatus subjectos. Sunt hodie in Mossulana civitate Syrorum etiam, tam Catholicorum Unitorum, quam Jacobitarum Ecclesiae et Antistites.

(3) Ultra Mesopotamiam, primae omnium Persici Regni provinciarum, Adjabene et Elamitis fidem Christianam quamcitissime, in ipsis scilicet nascentis Ecclesiae primordiis, susceperunt. Id patet ex martyrum numero, qui sub Sapore passi sunt, et ex Sozomeno scribente (lib. 2. c. 12.) de Adjabene « haec Persidis regio est maxima ex parte a Christianis habitata. » Arbela itaque Adjabenorum Metropolis a Papa Seleuciae Primate, circa Nicaeni Concilii tempora, constituta fuit, quum antea Sedes episcopalis tantum esset, cujus Antistes Assyrios Adjabenosque olim regebat. Quum vero ex ruinis Niniviticae Urbis, cis Mesopotamiam, ampla civitas Mausel seu Mossul consurrexisset, episcopatuque primum aucta fuisset, dein metropoliticis donata privilegiis, aliquando Abjabenicae Sedi fuit praelata, aliquando eidem ita conjuncta, ut unus idemque Metropolita modo Arbelensis seu Adjabenicus, modo Mausulanus et Athurensis seu Assyrius diceretur et esset. Plures urbes episcopales Arbelensis Metropolita subjectos habebat praeter eos, quae ad Provinciam Maussulanam pertinent, inter quas in historia Chaldaeorum emicant Marga, Tella, Maaltha aliaeque. Post vastationes hujus Ecclesiae praecipue a Mohammedanis annis Christi 1295 et 1401 factas, vix de tanta Provincia tres vel quatuor pagi hodie supersunt.

(4) Beth-Garma, regio Assyriae, Arbelitidi imminens, in qua fuit

7. Halavanae seu Halachae (1).– 8. Persidis (2).– 9. Maru

Carcha seu oppidum Beth-Seleuciae, quae in tabula Eliae Damasceni 6. episcopos suffraganeos numerat, et hodie est Urbs Kerkuk Metropolitam habens Chaldaeum: verum totius regionis nomen hodiernum est Sciaharzul.

(1) Halavana est Chalach, a S. Scriptura civitas Medorum appellata, fuitque urbs in confinio Assyriae, trans Tigrim, posita, cujus quatuor episcopatus suffraganeos memorat Elias Damascenus. Sequiori aevo Halavanensis Sedes in urbem Hamadanam translata fuit. Chalach creditur fuisse in loco, ubi hodie est Urbs Suleimania dicta, ad Metropolitam Chaldaeum Senae, Regni Persici, pertinens.

(2) Persidis Metropolitani olim a Seleuciensi Archiepiscopo diversi, at non divisi, *Ecclesias in tota Persia et Magna India* regebant, ut de Joanne in Concilio Nicaeno legitur, et ut praesertim ex epistolis Jesujabi Adjabeni Patriarchae constat. Saeculo Christi sexto jam sub sua potestate habebant, praeter Persas et Indos, Christianos etiam Catarenses, Maruanitas, et Carmanos. Sequiori aevo limites ejus coarctati comprehendebant Persidem proprie dictam, Carmaniam, Arabiam felicem, et Insulam Seilan Indiae. A saeculo V. et VI. conati sunt se ab auctoritate Primatis Seleuciensis subtrahere, ut ex Jesujabo Adjabeno liquet. Diu hac de re contentio exarsit, donec sub Georgio primum, deinde sub Timotheo I. Patriarchis tandem sopita fuit. In hodierno solo et Regno Persico Ecclesia Chaldaeo-catholica ultra Senanum, alterum habet Metropolitam Salamasiensem videlicet, qui Chosravae residet, et Urmiam totamque Adorbegianam moderatur. Ibidem plures sunt Nestoriani suos habentes praesules, quorum Patriarcha, in finibus Persidis, nomine Simeon residet in Kocianos oppido, estque successor illorum Simeonum, qui post Sulakam jam orthodoxi, metu Eliarum de stirpe Mamae in Mausulana ditione Nestorianorum Patriarcharum, ad montana illa loca se se recipientes, usque ad dimidium saeculi elapsi unionis cum S. R. Ecclesia relationes fere conservavere ([a]). In medium Christicolarum Persidis jam ingressi sunt aliquot abhinc annis, Ministri Protestantes non sine sectatorum numero, e Nestorianis, auro et liberalium literarum illecebris, captatorum.

([a]) Nostra aetate ejusdem generis Patriarchae ceteris etiam, ubicumque degant praesunt Nestorianis, qui sunt scil. praesertim in Dioecesibus Seertensi, Gezirensi, Amadiensi et Akrensi, nec non in Regno Persico, ubi sunt Chaldaeis Catholicis multo numerosiores.

seu Chorosanae (1). – 10. Harae (2). – 11. Razichitarum seu Arabiae et Cotrobae (3). – 12. Sinarum (4). – 13. Indiae (5).

---

(1) Maru Chorosanae Metropolis, sedes olim regum Selgiucidarum, in Tabula Eliae Damasceni, tres enumerat episcopos subjectos.

(2) Hara seu Herath urbs Chorosanae praecipua in Metropolim erecta fertur anno Chr. 411 ab Achaeo Patriarcha.

(3) Unus Metropolita erat Razichitarum seu Ramanitarum in Sena seu Cordaliabedae, vel Insularum in Cotroba, regebatque ultra hasce Ecclesias, Homeritarum etiam christianorum, Jamanae, insulae Socotrae, aliasque.

(4) Sinarum Regio juxta Orientales duplex est: alteram absolute dicunt Sin seu Cin, qua designant borealem Sinam, quae Chataja quoque iisdem appellatur, et cujus Metropolis Pekinum, alias Chan-Balek seu Chanbalu dicitur: alteram Masin seu Macin, quo nomine Meridionalem Sinarum partem intelligunt, quae hodie Sina proprie dicitur, et cujus Metropolis Chumdan sive Nankinum est. Chaldaei jam utrobique frequentes. Ebedjesus Sobensis in Epit. Can. par. 8. c. 15. scribit «Heriae et Samarkandae et Sinae Metropolitanos creavit (metropoliticis nempe privilegiis donavit) Slibazcha Catholicus h. e. Patriarcha (✠ 714). Ajunt vero quidam Achaeum (✠ 411), vel Silam (✠ 503) illos constituisse.» Celebre est in historia Chaldaeorum monumentum Syro-sinico in Sina an. Christi 1625 repertum a praeconibus Nestorianis Ecclesiasticis Chumdani seu Nankini anno Chr. 781. erectum, sub Hananjesu Patriarcha, de quo viri docti, et omnium eruditissime J. S. Assem. disserit Bibl. Or. tom. 3. par. 2. pag. 538. Cetera ad Sinarum Metropolitam spectantia infra adnotabo, ubi de Chan-Balek.

(5) Indiae episcopus olim, ut vidimus, Persidis Chaldaeo Metropolitae subjectus ab eodem illuc mittebatur. Postea, et certe ante ann. Chr. 852, Metropolitanus Indis datus. Thomas, Sopores et Pherozes episcopi Chaldaei, nono saeculo, Culani, Angamelae et Cochini Ecclesias regebant. Ab anno Christi 1490 ad annum 1720. Angamelae, ut plurimum, sedes fuit Metropolitarum Chaldaeorum modo orthodoxorum modo nestorianorum, juxta Patriarchae eos mittentis credendi modum, quorum nomina servavit historia ab anno Christi 1490 ad annum 1720, et qui in Malabaria viginti circiter urbs Indo-Chaldaeorum regebant, praeter eos, qui Meliaporae in provincia Seilan commorabantur. Jacobitae Syri non ante annum 1663 coeperunt suos habere episcopos et sectatores in India, quos in dissensionibus Ecclesiam Malabaricam vexantibus, Patriarcha Jacobitarum occasionem nactus ad suum Ritum, Chaldaico, linguae identitate

14. Armeniae (1). - 15. Syriae seu Damasci (2). - 16. Barduae seu Adorbigianae (3). - 17. Rajae et Tabrestanae (4).

---

affinem attraxit, primo Metropolita Gregorio Hierosolymitano ad eos misso, quem, usque ad hunc diem successores Cochini ordinatim excipiunt ab eodem Patriarcha allegati. Ceterum Nestoriani jam defecerunt in Malabaria, et qui ibi reliqui sunt de Ritu Chaldaico catholici, iis per Vicarium Apostolicum Romanus Summus Pontifex moderatur.

(1) Ex Cosma Indicopleuste constat olim episcopos Armeniae omnes, qui Nestorianam Sectam colebant Metropolitano sive Primati Chaldaeo Persidis fuisse subjectos. Postea circa an. Chr. 800. a Timotheo Patriarcha institutus fuit Armeniae Metropolitanus, qui in Tabula Eliae Damasceni decimum obtinet locum inter Metropolitas Nestorianos, quique Episcopis Vanae, Chalatae, Arzingae, Arzeruni, aliisque per Armeniam constitutis praeerat, sede primum Adabini fixa, post in urbem Vanam translata. Hananjesus Vanae Metropolita Synodo Amidensi ab Elia Patriarcha pro unione cum S. E. Romana an. 1616. celebratae interfuit, et eadem Vana recensetur a Simeone Patriarcha, in epistola ad Innocentium X. an. 1653. scripta, inter urbes suo Patriarchatui subjectas.

(2) Chaldaeorum historia sub Metropolitano Syriae seu Sciamae recenset ecclesias Damasci, Hierusalem, Alepi, Manbegae seu Hierapolis, Mopsuestiae, Tarsi, Malatiae seu Melitenae, nec non Nestorianos per Aegyptum, Cyprumque insulam aliasque dispersos. Sedes Metropolitani primum Damasci fuit, dein Hierusalem ([a]) ac Tarsum translata.

(3) Bardaa urbs Aderbiganae seu Mediae quae fuit Metropolis totius regionis, et cujus Antistes subjectas habebat ecclesias: Taurizi seu Ecbatanae, Ardebilis Maraghae, Salmasae aliasque; fuerunt aliquando, loco Bardaae, juribus metropoliticis auctae Tauriz seu Tabriz et Salmas.

(4) Raja urbs Jrakae Agemicae seu Gebalae, hoc est, Partiae, a confinio Aderbiganae et Mediae octo circiter distat parasangis. Elias Damascenus septimum locum tribuit Metropolitano Rajae eique subjectum episcopatum Gergianae recenset. In tabula Pseudo-Amri Matthaei sextum decimum locum habet Metropolita Rajae et Tabarestanae, quae est regio majorem continens partem antiquae Hyrcaniae. Rajae Metropolitani memorantur Abibus sub Timotheo I., Jacobus sub Theodosio, et Marcus sub Joanne Patriarchis. Post saeculum X. quandoque legitur unita Halavanensi Metropoli.

([a]) Vide infra quae de Hierosolymitano Metropolita adnotabo.

18. Dailamitarum et Ghilanitarum (1). – 19. Samarkandae (2). – 20. Turchistanae (3). – 21. Balchae et Tocharistanae (4). – 22. Hierusalem (5). – 23. Segesta-

---

(1) Metropolita Dailamitarum decimo septimo loco recensetur in tabula Amri. Ex Abulpheda (Descript. Geogr. c. 25.) Dailama cum Ghilana, Taborestana, et Mazanderana antiquam Hyrcaniam exaequat. Dailamae et Gilanae seu Ghilanae unus Metropolitanus ab initio praefectus fuit a Timotheo I. Patriarcha, Subhalisesus scilicet, quo a barbaris caeso, duo in ejus locum Metropolitani ab eodem Timotheo ordinati fuerunt Kardagus, nimirum Gilanae, et Jabalaha Dailamae.

(2) Samarkanada Metropolis Mavaralnaharae hoc est, Transoxanae Regionis, a fluviis Gihon et Sihon aequali fere spatio distans, cujus Episcopatus institutus videtur circa annum Chr. 411. vel 503, metropoliticis vero privilegiis auctus anno 714. ut colligitur ex verbis Sobensis supra allegatis ([a]) rite, ni fallor, hoc sensu intellectis. In epistola Theodosii Patriarchae decimo quarto loco Metropolitanus Samarkandae ponitur; in tabula Amri decimo octavo. Novissimae post Christianos Tartariae Imperatores, eorumdem Tartarorum vastationes nomen Christianum, in illa regione, sicuti et in vicinis terris et quocumque irruerunt fere universim, penitus extinxerunt.

(3) Turchestana, hoc est, Turcarum regio, juxta orientales Geographos totum illum terrarum tractum comprehendens qui est trans fluvium Sihon, seu Jaxartem usque ad fines Chatajae seu Sinae borealis Metropolitanum habebat Kasgarae vel Kandae sedem figentem, qui apud Amrum, inter Metropolitas Chaldaeos, undevicesimo loco recensetur.

(4) Tachuristan, regio, quam Ptholomaeus in Bactriana ponit, Metropolitanum habuit in tabula Amri vicesimum inter Metropolitanos Chaldaeos locum occupantem, inque urbe Balach seu Halach residentem, quae ab Abulpheda, et in monimento Chaldaico-Sinico memoratur.

(5) Hierusalem apud Nestorianos episcopalis fuit usque ad annum 1200. sub Metropolitano Damasci et Syriae; deinde Metropolitana et ipsa. Jesujabus Archiepiscopus Hierosolymitanus anno 1247 ab Ara, in Epistola ad Innocentium IV. ([b]) laudatur. Timotheus

---

([a]) Ubi de Indiae Metropolitano.

([b]) Hanc epistolam supra, suo loco allegavimus. Addendum in eadem Aram Vicarium Patriarchae memorare etiam et commendare Latinorum charitati, tunc Terrae sanctae jam potitorum, Chaldaeos suos fratres quos Christianos orientales de more vocat, Antiochiae,

nae (1). - 24. Hamadanae (2). - 25. Chan-Balek (3). -

Hierusalem et Amidae Archiepiscopus celebris est in Actis et legatione Eliae Patriarchae Chaldaeorum ad Paulum V. et in synodo Amidae celebrata ab eodem Patriarcha an. 1616. ut suo loco commemoravimus, ubi ([a]) et mentio fit Cleri Chaldaei in Monasterio S. Jacobi Hierusalem degentis ([b]). Sane Ecclesia Chaldaica ibi usque ad initium hujus nostri saeculi nondum cum Latini Ritus populo erat concorporata, ut liquet ex Literis Sacrae Congreg. de Prop. Fide ad Joannem Hormez tunc Maussulanum Metropolitam et Patriarchatus Administratorem anno 1802 missis, quibus hunc adhortabatur ut Chaldaeis illis Praesulem de proprio Ritu daret.

(1) Toti Segestanae, antiqui Persarum Regni Provinciae, inter Chorosanam, Macranam et Sindiam sitae in jure ecclesiastico Chaldaeorum primum Episcopus praeerat Metropolitano Harae subjectus, uti liquet ex Eliae Damasceni Tabula; postea Metropoliticis et ipse privilegiis auctus fuit, uti scribit Amrus. In Slibazchae Patriarchatu, saeculi octavi initio, Stephanus quidam Segestanae Coenobium condidit.

(2) Hamadan urbs Gebalae seu Irakae Agemicae, hoc est, Parthiae, in praesentiarum ad regnum persicum pertinens, in Tabula Eliae Damasceni Episcopalis sub Metropoli Halavanae; postea Metropolitana et ipsa. In Historia Chaldaeorum memoratur Joannes ab Elia III. Patriarcha a Mossulana Metropoli ad Hamadanensem translatus.

(3) Chan-Balek, seu Chambalu, hodie Pekinum dictam Abulpheda ponit « in extremis Orientis partibus in Regione Chatajae », hoc est, Sinae septentrionalis, cujus est Metropolis. Sedes fuit Metropolitani Chaldaei, qui in Tabula Amri ([c]) vicesimum tertium locum occupat, quique aliquando unitus legitur cum Metropolitano Tanchetensi, ut de Jabalaha anno 1279, tempore Denhae Patriarchae, scribit Abulpharagius Barhebraeus. Primus Latinorum Chambaliensis Archiepiscopus creatus fuit anno 1307.

Tripolis, et Accae seu Ptholemaidis, aliorumque locorum Syriae incolas anno 1247. quo Ara scripsit (Cfr Innoc. IV. lib. 4. epist. 119 et Raynald. ad annum 1247. n. 32 - 49).

([a]) Hoc est in Epist. Eliae Patriarchae ad Paulum V. an. 1610. scripta (Cfr. Strozza Synodalia Chaldaeorum).

([b]) Hoc monasterium novissime, quo jure nescio, Armeni Heterodoxi occuparunt.

([c]) Vel potius in Appendice ad ejusdem Amri Tabulam.

26. Tanchet (1). - 27. Casgarae et Nuachete (2). — Hae erant Metropolitanae Sedes uni Orientalium Patriarchae subjectae, quarum unaquaeque suos suffraganeos, ut ajunt, episcopatus habebat, medio inter 6 et 12 numero. Crescebat enim Chaldaeorum Ecclesia jam inde ab incunabulis suis usque ad XIV. fere seculum, ex quo ingens illa tanti aedificii moles extenuari coepit usque eo, quod vix levia vestigia posteritati reliquerit. Nec mirum; humanum quippe opus, qualiter post Schisma evasit, humanarum vicissitudinum sortem evitare nequivit: *avulsum* siquidem a Vite VITAE *palmitem siccatio* certa manet: atque *omnis planta, quam Pater* Christi *non sevit eradicanda:* et *Domus* a PETRA FUNDAMENTI, *quam Sapientissimus posuit* Conditor *amota* serius ocius *corruat* necesse. Uni namque et soli *Ecclesiae* suae *super Petrum extructae* immortalem exsistentiam, vitam jugiter augescentem, et contra omnia triumphum Deus est pollicitus: *Portae Inferi non praevalebunt.*

---

(1) Tangut regio Tartariae Magnae in parte meridionali versus Sinas, in cujus pluribus civitatibus nestorianos habuisse ecclesias tum ex certissimis Chaldaeorum documentis, tum ex M. Paulo Veneto l. 1. a cap. 45. manifestum est. Metropolitana sedes Tanchetensis apud Amrum vicesimum quartum locum occupat, cujus praesules in historia nestoriana laudantur Simeo, Jabalaha et Jesu-Sabranus aliique.

(2) Nuacheta Turchestanae regio, cujus caput Casgara Metropolitanum habebat, qui ab Amro XIX. loco recensetur, diciturque Turchestanae Casgarae et Nuachetae Metropolita. In historia Eliae III. Patriarchae laudantur Ioannes et Sabarjesus Casgarae Metropolitani.

CAPUT IV.

Quibus Apostolis Chaldaeorum Ecclesia Christi Fide imbuta ac instituta.

1. Parthicum Imperium, ubi Chaldaeorum numerosae ecclesiae et prima Sedes, in Christianae religionis primordiis, Apostolo Christi Thomae, non exclusis, in parte, aliis quibusdam Apostolis (1) contigisse quod evangelica doctrina imbuerit, Origenis imprimis est, Syrorum, Graecorum aliorumque documentis confirmata vetus traditio (2).

2. Prima autem fidei Christianae semina Ss. Magos, qui Christum natum, Stella duce, adoraturi ab Oriente in Palestinam venerant, Terris fecundis Majorum nostrorum commiserant. Hosce enim ad illam, haud dubie, Orientis partem, quae ad Ecclesiam Chaldaeorum, prout exploratum est omnino pertinet, unde venerant, regressos Christum suis nuntiasse, ex evangelica historia, certum esse debet.

3. Verum maxime interest gravissimum istum in Historia Ecclesiae Nostrae Eventum paullo penitius exponere, et certissimis constantissimae Nostratum Traditionis documentis collustrare. Unde patebit *a*) SS. Magos perinde dici et esse Persas ac Chaldaeos vel Assyrios: atque *b*) illos missos fuisse a Perside aeque ac ab Assyria: *c*) eosdemque vere fuisse suis Conterraneis Nuntios Pacis, et Evangelii Salutis, Christo puero, per Mariam, sic divinitus disponente. Age nunc

Audiamus 1. Narsetem qui A) in poemate de Natali Domini haec eloquentissime docet ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܟܝܢܐ

---

(1) Etenim praeter Thomam ex XII. Petrus quoque et Bartholomaeus, et Matthaeus et Judas Jacobi Syrorum Chaldaeorumque Apostoli traduntur (Cfr. S. S. Assem. B. O. t. 3. par. 2 pag. 4).

(2) Apud Eusebium H. E. l. 3. c. 1.

ܐܝܟ ܕܐܡܪ : ܒܝܠܗܝ ܝܫܘܥ ܕܥܒܕܘ ܠܟܠ ܒܪܝܬܐ . ܡܢ ܩܕܡ
ܕܝܠܗ ܡܢܗ ܐܬܝܠܕ ܠܡܠܟܘܬܐ : ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܝܚܐ : ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ
ܫܘܠܛܢܐ . ܕܟܠܕܝܐܝܬܐ ܠܐ ܡܛܠ ܕܢܬܝܕܥܘܢ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ : ܕܠܡܢܝܢ ܡܛܠ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢܬܐ ... ܐܦܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܐܬܝܕܥܘ ܡܢܐ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ (ܕܝܢܝܢ)
ܕܟܠ ܡܫܝܚܐ ܕܢܬܝܕܥ ܕܢܬܝܕܥ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܐܝܟ ܕܥܒܕܘ . ܡܛܠ ܕܒܟܠܕܝܐܝܬܐ ܕܥܒܕܘ
ܫܘܠܛܢܐ . ... ܐܦܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܐܬܝܕܥܘ ܡܢ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ : ܡܢ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ

« Stellam misit . . . instar Legati ad invitandas GENTES, ut venirent videre Redemptionem universalem, quae in *Populo* (scil. hebraeo) ortum habuit. In quo aberraverunt erudivit illos (Ethnicos) ut cognoscerent veritatem : *quod adorabatur* fecit *Ductorem* ante *Adoratores*. Per chaldaismum (Astrologiam) enim aberraverant, et *fata* adoptaverant, et sidera fecerant arbitra mortis et vitae . . . Audiverunt CHALDAEI promissionem verborum externorum (Herodis) et minime animadverterunt dolo in mente latenti. Vidit Herodes se nimis fuisse despectum ab ASSYRIIS, quapropter evomuit rabiem suam atrociter in infantes . . . »

B) In Hymno autem eiusdem Solemnitatis haec inter cetera canit Narses ܕܝܠܝܗ ܕܡܫܝܚܐ : ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ
ܡܢ ܩܕܡ ... ܡܢ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ : ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ : ܕܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ
ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ : ܕܝܫܘܥ ܡܠܟܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ . ܕܟܝ ܕܡܠܟ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬ
ܡܢ ܩܕܡ : ܕܟܠܕܝܐ ܠܗ ܠܡܠܟ . ܐܦܠܐ ܕܟܠܕܝܐ ܠܗ ܠܡܠܟ ܕܢܬܝܕܥ ܠܗ
ܡܢ ܩܕܡ : ܠܡܠܟܐ ܕܟܠ ܕܢܬܝܕܥ ܕܢܬ . ܕܢܬ ܩܕܡ ܕܢ ܕܥܒܕ :
ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟ : ܕܟܠ ܕܢܬܝܕܥ ܕܢܬ . ܐܦܠܐ ܕܟܠ ܕܢܬ ܠܗ ܠܡܠܟ
ܕܢܬ ܠܗ ܠܡܠܟ (ܐܝ ܒܪ) ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟ : ܐܦܠ ܒܝܫ ܠܗ ܠܡܠܟ ܕܢܬ .
ܠܡܠܟ . (ܐܝ ܒܪ) ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܠܟ : ܐܦܠ ܒܝܫ ܠܗ ܠܡܠܟ ܕܢܬ .
ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ( ) : ܕܟܠ ܠܡܠܟ ܕܢܬ ܠܗ ( ) : ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗ ( )
ܠܡܠ . ܡܢ ܕܢܬ ܠܗ ( ) : ܕܐܦܠ ܠܡܠ ܕܢܬ ܠܗ : ܕܐܦܠ ܠܡܠ ( ) .
ܕܐܝܬ ܠܗ ( ) : ܕܐܦܠ ܠܡܠ ( ) . ( ) : ܕܐܦܠ ( ) ( ) .
ܠܡܠ . ( ) : ( ) ( ) . ( ) : ( ) ( ) .

« Resplen-

duit lux Ejus (Christi) super ORIENTEM et illuminata fuit PERSIS stellâ. Unum ex luminaribus Siderum Coelum misit Praeconem PERSICIS, ut profectionem pararent ad contuendum, et adorandum REGEM.– Magna ASSYRIA cum primum id percepit advocavit Magos dixitque illis : Accipite munera et ite solvere tributum Regi Magno in Judaea manifestatum... Principes itaque Persiae laeti portarunt dona, et accedentes obtulerunt Filio Virginis Aurum et Myrrham et Thus (1) – (Maria dicit Magis): Pacem afferte in Terras vestras : securitas abundet in Plaga vestra: APOSTOLI Veritatis habeamini per totum tractum vestri itineris. (Magi) Pax Filii tui nos conducat incolumes ad Regionem nostram, sicuti venimus, et quando Potestas Ejus possederit Mundos, visitet et Plagam nostram, atque benedicat illam (Maria) laetetur Persis nuntio vestro, exultet Orbis profectione vestra; ubi autem Regnum Filii mei refulserit, Ejus pax incolat fines vestros. »

II. Magnus Tomus Officii praeter illa quae de ejusdem Narsaei carmine modo citato habet adscita, haec alia ad Dom. II. Natalis exhibet ܒܚܕܝܬܐ ܕܢܝܚܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܕܢܫܪܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܢܬܝܐ ܠܡܘܕܥܢܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܡܢ ܕܕܘܝܕ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܫܠܡܐ ܕܥܠܡܐ ܕܢܒܪܟ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬܢ ܕܢܗܘܢ ܫܠܝܚܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܢܬܝܐ ܠܡܘܕܥܢܘܬܗ ܕܡܠܟܐ ܕܡܢ ܕܕܘܝܕ ». « Stella iter fecit per excelsa sublimia, et concitavit FILIOS PERSIDIS, prodigio maximo, ut se conferrent ad honorandam Nativitatem Regis, qui ex David. »

III. Timotheus I. Patriarcha in loco citato supra c. II. §. IV. de suae Nationis et Communionis excellentia agens ajebat: « Nos Orientales ante omnes credidimus et confessi sumus Christum, testimonio fidei nostrae solemniter exhibito per Legatos NOSTROS duodecim, qui, Sidere du-

---

(1) Hos quatuor versiculos Narsaei jam inseruit et canit Ecclesia Chaldaeorum in suo *Magno Tomo Circuli*, scil. Officio Divino Anno, inter Natalem et Epiphaniam.

ctore, viam edocti fuerunt, et per dona quoque illa, quae *Nos obtulimus* Ipsi (Christo). »

IV. Idem tradunt, ut alios sileam, Jesu-dadus Episcopus Hadithae Commentator saeculo IX clarus in *Elucidatione Novi Foederis:* Elias Episcopus Anbanae in *Centuriis:* et Jesujabus Archiepiscopus Nisibenus in Sect. 2. par. 4. *Demonstrationis;* qui praeterquam quod Traditionem a praefatis auctoribus evulgatam, et penes Chaldaeos constantem repetant, plura alia magni momenti docent, ab Atavis memoriae prodita, circa numerum Ss. Magorum, figuram et qualitatem Sideris prodigiosi (1), et praedictiones Zaradosht (Zoroastri) Magismi fundatoris, de hoc *signo* apparituro; quae omnia licet pulcherrima, non vacat nec expedit heic exponere. Ceterum abunde, ni fallor, est probatum Ss. Magos dici et esse tum ex Perside et Persos, tum ex Assyria et Assyros, tum Chaldaeos et Babylonios, seu *Orientales*, eo nempe sensu, quem fuse superius circa hujusmodi denominationum promiscuam acceptionem, illustravimus. Quod praeterea mirifice corroboratur testimonio Ciceronis tanto eventui fere coaevi. Hic enim l. 1. c. 1. de Divinatione scribit: « Principio *Assyrii*, ut ab ultimis (2) auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant... trajectiones motusque Stellarum observitaverunt: quibus notatis, quid quoque significaretur, memoriae prodiderunt.» *Qua in Natione, Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati* diuturna observatione

---

(1) De stella namque illa docent proditum esse veterum memoriae figuram exhibuisse luminosam PUELLAE PUERUM AMPLEXANTIS: Utinam hoc perpenderint Iconomachi recentiores, inter quos ceterum sapientes plures audiunt, atque antiquitatis, et horum praesertim Orientalium fidei simplicitatem admiratores: dein dicant an quod Nestorianis testibus, Deus Omnipotens Magis in imagine ostendit, quo ducerentur ad Regis Regum ejusque Matris Virginis cognitionem, nonne licet Ecclesiae Catholicae, eundem ferme in finem, pro ignorantibus filiis suis aeque ac sapientibus saeculi hujus, quotidie renovare?

(2) H. e. antiquioribus.

Siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset » (1).

4. Praeterea, Parthi, et Medi, et Elamitae, et qui habitabant Mesopotamiam Apostolos post acceptum Spiritum Sanctum variis linguis loquentes admirati (2) rumorem de Christi fide in regiones suas et ipsi, procul dubio, invexere.

5. Harum vero regionum administrandarum provinciam Thomas Apostolus Taddaeo vel Addaeo Domini, e septuaginta duobus Discipulo commisit, quem jam Edessam ad regem Abgarum miserat. Interim ipse postquam hunc Regem ejusque regnum ad Christum conversos visitasset, ad regiones ulteriores profectus Mesopotamiam omnem et Babyloniam primum, Christum ubique nuntiando, peragravit; tum deinde Persidem aliasque provincias, quae Parthorum tunc Imperio suberat; et Indiam denique Evangelio imbuit.

6. Addaeus quoque discipulos habuit sacri sui Ministerii adjutores Aghaeum et Marim. Ipse vero Orhoeâ seu Edessâ egressus in Nisibena regione, Assyria, Maussulana terra, Arbelitide et Babylonia seu Aramaea praedicasse, et statim in Osrhoënam seu Orhoënam reversus fertur.

7. Mares autem prae ceteris diu conversatus fuit, praedicavit, plurimos fidei Christianae initiavit, et ecclesias aedificavit in provinciis ultra Tigridem, in Babylonia, Cascarae, tum in Uxiana seu Huzia regione, et in Persia. Hîc Christicolas multos invenit jam per Addaeum nuntiatos.

---

(1) Hinc cl. J. S. Assemanus (cit. tom. 3. p. 2. pag. 3. suae Bibliothecae Clementino-Vaticanae) de eadem SS. Magorum Missione disserens scite ad rem scribit « Magi, sive ii ex Arabia, sive ex Chaldaea et Perside venerint (utrumque enim Evangelii Commentatores tradunt) ad Orientem, unde accesserant redierunt: illos autem ad Chaldaeos spectare constat non minus si Arabes, quam si Persae fuerint; quum Ecclesia Chaldaeorum Arabes Persasque comprehendebat. »

(2) Act. c. 2.

8. In Regione enim Huzitarum, qui sunt Elamitae (Act. 2. v. 9.), ubi Metropolis fuit Beth-Lapath, deinde Gandisapor dicta, nec non in Perside proprie dicta et infra existebant iam Christifideles, tum ex praedicationis Ap. Thomae semine, tum ex commercio harum Regionum virorum mercatorum cum Edessenis, inde a primordiis Evangelii, a tempore scil. Addaei. Quod autem protuli certissima comprobant monumenta, e quibus unum citabo. Manuscripta Vita B. Maris Apostoli sic habet ܐܝܟ

ܕܐܬܝܠܝܢ ܡܢ ܒܝܬ ܠܦܛܝܐ ܕܐܬܝܠܝܢ ܗܘܘ ܒܝܬ ܠܦܛ ܕܦܪܣ ܕܐܬܩܪܝ ܓܢܕܝܣܦܘܪ . . . . ܕܐܬܝܠܝܢ ܕܐܬܝܠ ܒܝܬ ܠܦܛ ܕܐܬܩܪܝ ܓܢܕܝܣܦܘܪ ܕܐܬܝܠ ܡܢ ܦܪܣ ܕܐܬܝܠ ܕܐܬܝܠ ܕܐܬܝܠ

« De Regione Maisanorum profectus fuit B. Mares ad Regiones Huzitarum et Persarum . . . In civitatibus porro illis incolebant negotiatores Huzitae, sicut et nunc. In Perside etiam erant negotiatores qui commercii gratia se contulerant in Occidentem, ubi ad Dei pietatem accesserant per B. Addaeum Apostolum. Hi igitur fideles Huzitae et Persae ab Occidente regressi plures ad fidem converterunt in istis regionibus... Quum itaque pervenit B. Mares ad terram Huzitarum, et ibi Christifideles vidit, et Persarum insuper conversionem percepit, maximo gaudio affectus fuit, quia paullulum frumenti inter zizania reperit. Tunc per regiones illas cicumivit, et plurimos Fidei initiavit, quo facto, ad regiones inferiores descendit, quo usque odor S. Thomae Apostoli perculerat: et ibi ingentem populum ad Dominum nostrum adduxit.»

9. Constitit autem Mares Seleuciae et Ctesiphonte, Imperii Metropoli, in cujus praecipua Ecclesia Sedem suam primatialem fixit et administravit, ubi subinde, anno Christi 82. vita functus, sepultus fuit (1).

---

(1) Infinita propemodum sunt Syro-Chaldaeorum scriptorum monumenta, quae hucusque memorata de primis ipsorum Apostolis confirmant. Exstat insuper penes nos manuscriptum pervetustum Acta AA. Addaei, et praecipue Maris continens. Fundatorem suae primatialis Ecclesiae, quae decursu temporis Patriarchalis evasit, praeter Thomam et Addaeum, magis proprie Marim celebrant Chaldaei. Prima et antiquior ceteris, qua semper usi sunt Chaldaei Liturgia nomine horum duorum Apostolorum est inscripta et pervulgata, nihilque praesefert quod authenticitati huic ejusdem adversetur. Laudatorum trium Apostolorum uniuscujusque specialem memoriam in *Officio suo Magno* iidem colunt: Thomae quidem Apostoli die 3 Julii: Thaddaei autem Dominica V. post Resurrectionem: et Maris Feria VI. Hebdomadae II. Aestatis h. e. hebd. IX. post Pentecosten. Magna cum veneratione semper Ecclesia et Coenobium et Schola S. Maris in Dor-Kena in Babylonia ipsis fuere donec superstitio Mohammedana illud monumentum una cum ceteris fere omnibus solo aequavit, in postrema praesertim vastatione propemodum irremediabili, quae in illa Regione, ut alias memini, Christicolas cunctos, licet schismaticos, qualiter tunc ibidem existimantur fuisse fere omnes, letali affecit excidio.

*

10. Peculiarem mentionem meretur inter Regiones, quae primae omnium nomen Christo dederant, nobilissima illa Garmaeorum in Assyria (1). Qua de re praeter jam prolata, alia adsant authentica monumenta. — Et *a*) in *Actis* Martyrum Beth-Seleuciae (Straboni Soloce), quae exstant in vetusto ms. chaldaico (2) haec hebentur



« Oppidum (seu Urbs) itaque Beth-Seleuciae, quod aedificavit Seleucus (Unus e Servis Alexandri, in memoriam Sardanae Regis, qui primus construxerat ipsum Oppidum) moratum est in ethnica superstitione usque ad accessum Ss. Apostolorum ADDAEI et MARIS, qui missi fuerunt a Spiritu Sancto praecones ad Regionem

---

(1) De qua consule Ptholomeum lib. 6. c. 1.

(2) Exstat hic Codex n. XVIII. inter Codd. Borgianos Coll. Urb. de Prop. Fide nuper exscriptus de Codice Amadiensi, qui penes nos, apud Maussul, in Coenobio Hormizdiano asservatur. Exstat etiam in Museo Britannico sub n. LIX. inter Syriacos Richianos, nec non, si bene memini, in Codice Membranaceo pervetusto, quem possidet Ecclesia nostra Amidae seu Diarbekiri Acta Martyrum aliorumque continente.

nostram. Exinde autem ortum habuit semen fidei Christi in civitate (hac) et plurimi ex illis (incolis scilicet) receperunt Baptisma, et Christo nomen dederunt.

b) Gabriel Sirzorensis, in Actis Martyrum Sultan-Mahdocht et fratrum (1), haec memoriae prodit: ܒܫܢܬܐ ܬܫܥܝܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘܬ ܫܘܥܬܐ ܕܐܝܢ ܕܐܬܪܟܝܠ ܠܟܠ ܥܡܡܐ ܕܐܬܪܝܢ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܥܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܐܬܩܪܝܘ ܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ . . . ܐܝܟ ܕܗܘ ܫܠܝܛܐ ܕܥܕܬܐ . . . ܕܐܬܪ ܕܡܪܝ ܕܥܕܬܐ . . . ܕܐܬܪ ܕܐܝܬ ܒܗ ܫܘܥܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܫܠܝܛܐ ܕܥܕܬܐ ܕܒܝܬ ܠܐܪܒ ܕܐܬܪ ܕܦܪܡܐ ܕܐܬܪ ܕܐܬܪ ܕܐܬܪ

« Philosophia, ܕܝܠܢ ܕܢܘܗܪܐ ܕܐܠܗܝܐ

ait, nostra (1) *primum* pens populos Barbaros (2) progressa fauste est; locum *quoque* dein habuit in Populo tuo, diebus Augusti. » Porro manifestum est hisce verbis Episcopum Asiaticum Sardium comprobare quod jam breviter attigimus de SS. Magis Evangelii, de Parthis, Medis, et Elamitis Actuum Apostolorum; nec non quae de SS. Thomae, Addaei, Maris, aliorumque in Oriente interiore, sub Regibus Parthicis, Regulisque Edessenis et Adjabenis constitutis populis, extra Romanum Imperium, et Barbarorum vocabulo, penes Romanos et Graecos, comprehensis, statim ab initio, Christi nominis Praedicatione.

CAPUT V.

Ecclesiae Chaldaeorum status post acceptam Christianam Religionem usque ad 3^m^ seculum inclusive.

§. I.

I. Post Abgarum I. christicolam, alii de ejusdem stirpe Orhoënorum Reges fuerunt usque ad annum Christi 217, e quibus duo potissimum ab Epiphanio et Africano sanctissimi, christianae religionis cultores Principes vocantur. Parthii ceteris regionibus, ubi Ecclesia Chaldaica jam extendebatur, regnarunt usque ad annum 116, quo, Romanorum expeditionibus, Imperium illud per aliquod

---

(1) Christiana scilicet Religio.

(2) Neminem latet denominatione Barbarum et populos extra imperium Romanum degentes generatim olim significari, et heic, maxime, apud Melitonem comprehendi Assyrios, Parthos, Persas, Babylonios, ceterosque orientales, qui tempore Augusti famosi erant, et ubique Barbari vocabantur. Praeterea aliunde nullam fere aliam gentem ante hos ipsos Christo nomen dedisse prae Romanorum subditis historice constat.

intervallum perturbatum, iterum revixit usque ad annum 226, quo Ardascirus (Artaxares) Parthico deleto, Persicum regnum instauravit.

II. In hocce itaque rerum civilium statu, Ecclesia Chaldaeorum post Maris obitum Abrem Archiepiscopum seu Primatem habuit. Abri, an. Christi 98 defuncto successit Abraham Cascarensis, qui persecutionem in suos Christianos, in Perside excitatam a Chosroe rege, sedavit, quum filium ejusdem Regis a daemonio, vel juxta alios a comitiali morbo, liberasset (1).

---

(1) Testibus Auct. Carm. de Patr. Chald., Mari, Barhebraeo et Pseudo-Amro. En Barhebraei verba ex Chron. Syr. ܐܒܪܗܡ ܩܬܝܢܐܝܬܐ ܡܬܩܪܒܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܡܬܬܝܢ ܠܬܚܘܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܡܢ ܕܦܪܣܝܐ ܕܗܘ ܒܥܐ ܠܡܗܘܐ ܕܒܪ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܕܝܢܐ . ܐܦܝܣ ܕܡܬܚܠܝ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܫܪܝܪ . ܐܦܝܣ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܕܝܢܐ ܕܡܢ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ

III. Porro inter ceteras regiones, in Adjabene (1), hisce primordiis, Helena Adjabenorum regina ejusque filiis Ecclesiae sin minus nomen, certe patrocinium impendentibus (2), mirum in modum Res Christiana crevit et propagata fuit. Idcirco de eadem loquens Sozomenus (lib. 2. c. 12.): *haec* (sc. Adjabenes) *Persidis regio est,* ait, *maxima ex parte a Christianis habitata:* ab initio scilicet ad sua usque tempora.

§. II.

I. Abrahamo anno Christi 120. defuncto, Jacobus archiepiscopus et Christianorum omnium in Parthico-persico imperio existentium Primas successit. Jacobo anno 139. vitam mortalem in immortalem commutanti suffectus fuit Achadabues. Hic quum Antiochiam, de more, summum sacerdotium suscepturus praefato an. 139. esset missus, ibi apud Praesidem tamquam Persarum explorator una cum socio Jabjesu, delatus fuit. Quapropter memoratus Jabjesus cum hospite in crucem fuit sublatus, quam poenam Achadabues quoque subiisset, nisi Hierosolymam profugisset. Ibi ordinatus Seleuciam Parthorum repetiit. Fertur pontificatum, pace Ecclesiae sub Chosroe et Vologese II. concessa, tranquille administrasse usque ad annum 159., quo ejus obitus consignatur.

Quum autem accersiri et ad se introduci hominem jussisset, atque moestum tristemque conspexisset, caussam moeroris illius rogavit. Ille vero conquestus fuit de malis quibus ipse una cum populo suo a Persis afficiebatur. Rex spopondit, si quidem Abraham ipsius filium sanaturus esset continuo se persecutionem a Christianis sublaturum. Sanctus itaque vir, fusis ad Deum precibus, manuque filio regis imposita, eum sanitati restituit: atque ita pax reddita est Fidelibus.

(1) Theodoritus in Hist. Relig. docet, quae prius Assyria dicebatur deinceps Adjabenem fuisse appellatam, et quae Mesopotamia, Parthyaeorum Regionem fuisse nuncupatam.

(2) Baron. an. 44. n. 66. el. Basnag. Annal. tom. I. pag. 553.

II. Consonat et historia manuscripta Martyrum Beth-Seleuciae, quae de pacatis Christianorum, in Parthia, diebus, circa eamdem tempestatem memoriae in hunc modum prodidit: « A tempore Balashi, inquit (scilicet Vologesis II. anno Christi 170.), usque ad XX^um^ annum Saporis filii Ardasciri (scilicet an. Christi 260.) spatio nimirum 90. annorum, oppidum Beth-Seleuciae Garmaeorum (item dicendum consequenter de ceteris Parthico-Persici imperii regionibus) ager fuit opimus absque ullis loliis » (1).

III. Ob metum itaque ejusmodi vexationis et necis, eo vel magis, quod bellum Romanos inter et Parthos anno 161. incohatum fuerit, Sciahlupa Cascarensis, post obitum Achadabuis, 3. annos Sedi primatiali vacanti electus nequivit Antiochiam majorum exemplo, ordinationis caussa pergere, sed Seleuciae ab orientalibus Episcopis fuit ordinatus. Hic primus fuit, qui hunc in modum accepit ordinationem, et qui propterea dicitur dedisse Orientali Ecclesiae libertatem. Nestoriani vero non inficiantur imo contendunt, documentis ad hoc exhibitis, id factum ob necessitatem, Occidentalium tamen venia et auctoritate. Qua in re non vacat heic immorari.

IV. In Ecclesia Beth-Garmaeorum, cujus, ut supra annotavi, tranquillus erat status, per totum ferme hoc saeculum fertur claruisse inclytus quidam Episcopus Beth-Seleuciensis, nomine Theocrates, qui dicitur (2); Ardabano ex Ashganitarum familia Parthyaeo-Persis, et

---

(1) In supra cit. Cod. Chald. Bibliot. Borg. de Propaganda Fide n. XVIII. En textus ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܚܠܦܐ ܡܠܟܐ ܦܪܝܡܐ ܠܐܪܕܒܢ ܕܢܦܩ ܒܬܪ ܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥ ܫܢܝܢ ܕܡܠܟܘܬܗ ܕܫܦܘܪ ܒܪ ܐܪܕܫܝܪ ܕܗܘܬ ܠܗ ܚܩܠܐ ܫܦܝܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܣܝܢܐ ܘܙܘܢܐ. Puto tamen errore amanuensis ܫܬܝܢ (ܫܠܝܢ ܗܘܝܢ) ܕܫܢ irrepsisse ܬܫܥܝܢ (90.) pro ܫܒܥܝܢ (70.) Etenim hoc ultimo modo concordat Chronologia Abulfedae scribentis (in Hist. Ante-Islamica) Balasium ex Ashganitarum Dynastia regnasse ab an. Christi 106. et Saporem e Sasanitarum ab anno 216.

(2) In cit. Actis Chald. Martyr. Beth-Seleuc. in Cod. Borg. XVIII.

Hadriano Romanis imperantibus (1), ab Antiochena ditione ob persequutionem una cum plurimis fidelibus aufugus illuc venisse, secundusque inter Episcopos hujus partis Assyriae in Oppido Seleuciensi praesul honore exceptus, Ecclesiam illam mirabili disciplina, sacris constitutionibus apostolicisque canonibus ditasse. Jamvero splendebant, eodem tempore, ibidem, Episcopi: Sciaherkardensis qui inde ab apostolico aevo dicitur metrapoliticis juribus fuisse insignitus, Lasciumae, Herbat-Gelali et Darae.

V. Sub Abgaro praesertim Maani filio, qui ab anno Chr. 152. ad annum 187. regnavit Edessae, Ecclesia illa jam inde ab anno 115. Lysia Trajani duce aliisque Praesidibus, dire vexata, coepit respirare. Hunc enim Abgarum testatur Epiphanius sanctissimum virum religionis nimirum christianae cultorem fuisse, Bardessanisque familiarissimum. Id comprobat etiam tum otium quo usi sunt tunc christiani, ut studiis vacarent, tum Scholae ibidem, eadem tempestate jam florescentes nonnullae. Imprimis memoriae proditum est saeculo hoc secundo floruisse Scholam illam Edessenam syriacae linguae jam initio exortae christianae religionis erectam in vicinarum civitatum, et Persarum potissimum commodum. Quod generatim quidem tradit Auctor vitae S. Alexandri Acaementae et alii; Persicae autem Gentis (2) quod attinet Scholam Edessenam subsequentis praecipue aetatis historia (documenta enim antiquiora perierunt) plane praesupponit et demonstrat (3).

---

(1) Porro ex cit. Abulfeda historio-Geographico Islamico celebri habemus Ardabanum I. Ashghanitam regnasse ab anno Christi 114. ad an. 126. et Hadrianum Caesarem ab an. 107. ad an. 128.

(2) Quo vocabulo veniebant, tunc temporis, Christiani quicumque Persicum seu Parthicum Regnum incolebant.

(3) Sane Theodorus Lector de saeculo licet quinto sermonem habens (lib. 2. p. 558) clare tamen docet inibi ab origine, Scholam Persarum Nationis fuisse; scribit enim « In Urbe Edessa ERAT Schola Christiana Persicae Gentis, ut ajunt. » Haec porro Schola praecipua

Ibidem etiam, illa aetate, sacras Scripturas interpretabatur Macarius, auditoresque plurimos numerabat, inter

---

caussa fuit introductionis nestorianismi penes Chaldaeos. Quapropter ob analogiam et rei gravitatem praestat heic appendiculam subjicere circa hunc infaustum nimis Atavis nostris eventum.

APPENDICULA

DE NESTORIANISMI ORIGINE ET PROGRESSU IN ORIENTE H. E. PENES CHALDAEOS.

§. I.

Caussae et modus hujus originis.

Compertum itaque est in urbe Edessena Scholam fuisse ab immemorabili conditam Persicae Genti, in qua nimirum, qui sub Persarum erant ditione, Christiani juvenes Sacras praesertim Literas edocebantur. Praeterea Orientales Episcopi Joannis Antiocheni factionem, adversus S. Cyrillum Sacramque Ephesinam Synodum, sequuti, Nestorio faverant, ejusque doctrinam, circa Verbi Incarnationem Cyrilliana repudiata, impense commendaverant. Porro ex hisce duobus veluti fontibus ortum suum duxit apud Chaldaeos Nestorianus error. Qui enim in Edessena Persarum Schola literis vacabant, quum Nestorii partes sequerentur, ejusque ac Diodori Theodorique libros syriace versos per Assyriam, Babyloniam ac Persidem disseminarent, gentiles suos eadem haeresi imbuerunt. Qui Edessenae Scholae Alumni eo majori aestu virus Nestorianismi inter Chaldaeos effuderunt, quod Edessa eandem ob caussam jam expulsi, ad suos fremebundi redierunt, speciem Veritatis caussa persequutionem patientium prae se ferentes, ubi etiam plerique ex ipsis Episcopi renunciati fuerunt: « ii » enim, scribit Beth-Arsamensis (Scriptor Persa-Chaldaeus Synchro- » nus), qui Edessa pulsi fuere in regionem Persarum se receperunt, ubi » et Episcopatum obtinuere: nimirum..... nefarius Barsumas Nisibis, » Maanes Hardasciri, Joannes et Micheas in regione Garmaeorum, Pau- » lus Ledanis Huzitarum, Phuses Sustrae Huzitarum, et Abraham Me- » dorum...» ([a]) Quos ceterum, praeiverat Ibas quum adhuc Presbyter

---

([a]) In Epist. de Barsuma et Nestorianis apud J. S. Assem. B. O. t. I. a p. 346. — Consonat Theodorus Lector Lib. 2. hist. Eccles. — Auctor Catal. Patriarch. Chald. (Cod. Syr. Vat. n. 11.).

quos fuit S. Lucianus, qui postmodum jam presbyter martyrio affectus fertur anno 312. Videsis Bolland. Act.

---

esset Edessenus per famosam illam Epistolam ad Marim Persam scriptam ([a]).

Nomen autem Nestorianorum nostratibus licet Nestorii haereseos fautoribus, et sectatoribus exosum semper fuit, ut patet ex Ebedjesu Sobens. in lib. *Margarita*. Par. 3. c. 4. - et Elia Patriarch. in Epist. Synod. ad Paullum V. P. M. alias laudata. Videtur autem Nestorianismi appellatio, jam ab initio, Orientalibus Nestorii sententiae faventibus imposita in illa contentione ejusdem Gentis inter se a Simeone Beth-Arsamensi enarrata, cujus alii Nestorium, alii Cyrillum acriter defendebant.

§. II.

Nestorianismi Progressiones in Syria, Mesopotamia, Chaldaea et Perside.

Quemadmodum omnibus fere novis Sectis communiter evenit, Sectae Nestorianae apud Chaldaeos receptionis et propagationis caussae praecipuae ac media fuere: Relaxatio disciplinae: Corruptio morum: et Principum hujus mundi favor et fines politici. Id praesertim, initio, contigit opera impuri Barsumae, sub Pheroze Persici Imperii Dominatore; *Barsumas* enim *Mammaeae Sanctimoniali nupsit, et Patribus* (Episcopis) *atque Sacerdotibus idem faciendi facultatem* (duobus Conciliabulis ad hoc coactis) *concessit* ([b]). *Ferunt etiam* ([c]): *Pherozem lata lege praecepisse, ut caelibes feminae bonis omnibus spoliarentur.* Praeterea *Barsumas haec auribus Pherozis clam et dolose insusurrabat* adversus Catholicos Synodi Ephesinae propugnatores in Persico Imperio degentes: *Isti,* ajebat, *Romanorum fidem tenent, eorum-*

([a]) Optime itaque Paulus V. Summus Pontifex in Epist. ad Eliam Patriarcham Chaldaeorum (Dat. 8. Kal. Apr. 4614. incip. Duplici affectu) ait « Sectatores Nestorii, nefaria ejus dogmata ex Commentariis Theodori Mopsuesteni.... et ex his, qui ab ejus fautoribus contra B. Cyrillum Sanctamque Ephesinam Synodum scripta fuerunt callide instaurare, atque in vulgus serere studuerunt. Unde MAGNA ORIENTIS PARS postmodum infecta fuit; praecipue CHALDAEI, qui hac de causa deinceps Nestoriani dicti sunt.

([b]) Amrus et Barhebraeus in vita Babuaei, aliique.

([c]) Amr. ibid.

Sanct. 15. et 17. Januar. — Sozom. H. E. l. 3. c. — Socrat. lib. 2. c. 6.

---

que exploratores sunt. Da igitur mihi potestatem in eos, ut illos comprehendam. Fecit itaque Pherozes Rex Barsumam Nisibis Episcopum, (✠ 435.), *collata eidem, quam poposcerat, facultate* ([a]).

Ex altera parte, Narsaeus Barsumae socius in celebri Schola, quam Nisibi, loco excisae Edessenae, instituerat, et per 50. annos rexit, Nestorii errores propugnare non destitit usque ad An. Chr. 496. quo interiit. Successores habuit in eadem Schola item Nestorianos ([b]), quorum, Auditorumque eorum opera, Nestorianismus longe lateque propagatus fuit, nequidquam reluctantibus Seleuciensibus Archiepiscopis, Babuaeo, inquam, quem Barsumas curavit interfici, et Acacio, quem diu vexavit.

Sed tandem vicit error tot tantisque illecebris, armisque instructus, et a Babaeo ([c]) ac deinceps, quinque Archiepiscopi Chaldaeis praefuerunt, quorum alii decretis synodalibus, alii exemplo et factis impuram Barsumae licentiam confirmaverunt, et rapide fidem catholicam per Assyriam, Babyloniam, Persidem, ceterasque regiones fere extinxerunt ([d]). Et sic Schisma consequenter, per separatio-

---

([a]) Barhebr. loc. cit., Auctor Catal. Patriarch. Chald. in Cod. syr. Vet. n. 11., et alii.

([b]) Inter hos, speciminis gratiâ, Hananus Adiabenus, seu Assyrius octingentos habebat auditores, circa an. 570., sub Ezechiele Patriarcha.

([c]) Auctor Operis «La Chaldée», alias laudatus, perperam confudit hunc Babaeum cum Babuaeo orthodoxo quem I. dicit, sibique contradicens, hunc ultimum tum Barsumae complicem tum ab eodem trucidatum scribit. Igitur Babaeus, qui II. hujus neminis esset, non Babuaeus seu Babaeus I. et quidem post Borsumae interitum, primus fuit Orientalium Nestorianus Catholicus seu Patriarcha.

([d]) Dixi *fere entinxerunt:* etenim praeter innumeros, omni aetate et etiamnum Nestorianos, qui materialiter, ut ajunt, tantum tales sunt, spiritu autem, bona fide fruentes ad Catholicam Ecclesiam vere pertinent, non defuerunt in ipso Nestorianismi ingressu et aestu qui palam catholicos seu ortodoxos se declararunt, et pro fide Catholica dimicarunt. Id, in penuria Documentorum hac de re, elucescit non obscure ex historia S. Isaaci Ninives Episcopi, Sahdonae in Regione Garmaeorum Antistitis, et Joannis Sabae Monachi Daliathensis qui, saeculo sexto, in Assyria, orthodoxae Fidei et Communionis fuerunt, quique certe consentientes plurimos habuerunt.

VI. Quapropter non mirum si illius aetatis plures noscantur viri, qui, in Osrhoena et Assyria literis et

---

nem ab Antiocheno Patriarcha primum, et deinceps ab Ecclesia Catholica Romana consummatum est. Hinc Episcopales sedes omnes in Oriente a Nestorianis occupatae sunt; siquidem Patriarchae, jam Nestoriani nisi eadem haeresi imbutos non ordinabant.

Verum quidem est Mar-Abam Patriarcham, coacta an. 544. Synodo, disciplinae Cleri corruptelam illam exterminasse; et eodem tempore Abrahamum Cascarensem collapsos Monachorum mores reformasse; ast hoc, quin fidem Catholicam Chaldaeis restitueret, eos, contra, magis in haeresi et schismate quodammodo confirmavit, Communioni illorum vim, aestimationem, et Orthodoxiae praesumptam opinionem maxime conciliando. Ejusmodi etenim disciplinae reformatione, ceu vitae principio, enata fuit et per X. ferme saecula perduravit, apud Nostrates, Coenobiorum et Monachorum incredibilis illa multitudo et praestantia, eximiorum Praesulum celebritas, Scholae et Doctores, nec non ingentibus conversionibus fecundae Missiones.

§. III.

Ejusdem haereseos initia et incrementa in India, et Tartaria.

Hinc factum est ut ubicumque habebant suae Ecclesiae subjectos et Ritus Chaldaici cultores Nestoriani Archipraesules, illuc et haeresim suam introduxerunt. Sane Jesujabus Gadalensis Patriarcha circa an. Christi 636. Episcopos ac Presbyteros in Indiam Sinarumque Regnum misit ([a]). Jesujabus alter Adjabenus saec. item VII. in sua ad Simeonem Persidis Metropolitam Epistola, conqueritur quod ejus culpa populi

---

([a]) Porro fuisse antea ibi Ecclesiae Chaldaicae sectatores constat: ex dictis de S. Thomae Apostolatu, quem una Indiae et suum Apostolum syri Orientales seu Chaldaei constanter tenent; ex Gelasio Cyziceno, qui Joannem illum Persidis Episcopum, cujus in Actis Concilii Nicaeni exstat subscriptio, dicit Ecclesias in tota Persia et Magna India repraesentasse. Persidem vero Christianam Ecclesiae Chaldaicae partem fuisse sicuti et est nullus dubito. Idem mirifice confirmatur ex Vita Jonae Coenobii Anbarae fundatoris, S. Eugenii discipuli scripta medio saeculo IV. a coaevo Zadoe Coenobii S. Thomae quod in India erat. Quod antiquissimum monumentum omnes authenticitatis notas prae se ferens plura alia nos docet circa nostrae Ecclesiae historiam. Exstat in ms. Chaldaico saepe laudato Coll. Urb. de Prop. Fide sub numero XVIII. juxta recensionem nuperrime a c. v. Jos. David

philosophicis disciplinis claruerunt (1). Excellent Barde-

Indiarum episcopis carerent. Idem alibi de dependentia Incolarum Chorosanae et Baetrorum a Sede Seleuciensi loquitur. Idipsum colligitur de Sinarum, Tartariae, Bactrianae, Transaxionaeque Nestorianis ex monumento lapideo Chumdanae in Sina erectum an. Christi 781. et ex Timotheo Patriarcha aliisque eodem Saec. VIII. et IX.

Missos facio posteriores Timotheo I. Patriarchas, qui dispersis per Hyrcaniam, Bactrianam, Transoxiananam, Tartariam, Indiam, Sinas, Persidem, Arabiam, et Aegyptum Sectariis, Episcopos praeficere numquam destiterunt. Novissimis vero temporibus Nestoriani in India Malabarica quidem in duas partes divisi sunt, alii nimirum e conversis a Vicario Apostolico gubernantur; alii ab an. 1663. Syrorum Jacobitarum Ritum et haeresim susceperunt, et illius Sectae Episcopo hodieque parent. In Imperio vero Ottomano, et Regno Persico qui item unionem Catholicam sunt amplexi a Patriarcha Babylonensi ejusque suffraganeis Antistitibus reguntur; ceteri autem omnes, qui adhuc in haeresi persistunt subiiciuntur Patriarchis, qui jure hereditario succedunt, et Nestorianis omnibus dominantur, assumpto nomine Simeonis, Sedem habentes in Pago Kocianos prope fines Persiae sito, in Kurdistania.

(1) Quamquam, proh dolor! pene omnes isti naufragium in fide fecerint. Inde factum existimo, quod ex eorum operibus ad nos nisi

---

factam, cujus Codicis prototypus habetur in Coenob. Hormizdatis prope Maussul. Jamvero inde habemus: 1°. Revera Cataraeos (ad Sinum Persicum) et Indiam ad Antistitem Persidis semper pertinuisse. 2°. Unum Ecclesiae Ordinem et Ritum illos observasse cum Anbarensi Ecclesia, quae erat in Babylonica Primatiali Provincia, ad Euphratem. 3.° S. Thomam Apostolum fuisse illorum in Evangelio institutorem. 4°. Eorundem fuisse Episcopum Joannem illum Persam, qui cum S. Jacobo Nisibis Conc. Nicaeno interfuit. 5°. Hunc Joannem in S. Eugenium Monachatus apud Chaldaeos Patrem Magnum incidisse prope Nisibin. 6°. Mentionem pene synchroni Kardaghi Reguli Beth-Garmaei, in Assyria, nobilissimi Martyris, ejusdemque in fide institutorum Ebedjesu Archimandritae, et Beris eremitae, quorum alioquin Acta Chald. genuina in mss. possidemus. 7°. Coenobium illum S. Thomae exstitisse jam ante Concilii Nicaeni tempora, et ante discipulorum Eugenii per Regnum Persicum dispersionem, et Coenobiorum per eosdem fundationes. Quae omnia optime cohaerent cum paullo serioris aevi documentis, praesertim vero cum iis, quae ex Jesujabi Adjabeni Epistolis, et Cosmae Indicopleustis relationibus, saeculo sexto et septimo habemus.

sanes, de quo Auctores subsequentis aetatis plura prodiderunt (1). Schythianus hujus magister et teterrimi Manetis praecursor (2), Harmonius praefati Bardaissanis filius, qui cum suo patre primus hymnologus syrorum exstitit (3), Kokus alius sectarius Syrus (4), Tatianus Justini M. discipulus (5) et Buddas seu Terbinthus alter

---

vix pars minima pervenerit. Damnata enim scripta igne cremari jubebantur, juxta Ecclesiae apostolicum morem.

(1) Bardessanes, quem Syrum Eusebius, Edessenum Epiphanius, Edessenum et Syrum Theodoritus, Babylonium Hieronymus et Porphyrius appellant « principio, ait Epiph. (haer. 56. c. 1.), longe optimus vir fuit ac libros haud paucos conscripsit, quum adhuc sana atque integra mente esset.... Quumque Abgaro Edessenorum Regulo, viro Sanctissimo, familiaritate conjunctus esset, atque cum eo concorditer se in omnibus gereret... de fide catholica, quam primum profitebatur, optime meritus est » Eusebius vero (H. E. lib. IV. c. 30.) auctor est « Bardessanem impietatem Valentini, cui adhaeserat, postea improbasse, sed vetusti atque inoliti erroris sordes non penitus extersisse. » Vitam perduxit usque ad finem hujus saec. II.

(2) De Schythiano Manichaeorum primo parente, ejusque quatuor libris disserunt Epiphanius, Theodoritus aliique. Jesu-Bar-Nun Patriarcha (saec. VIII.) tribuit Schytiano peculiarem formam scriptionis Syriacae seu Aramaicae, eumque vocat Bardaissanis magistrum.

(3) Etenim Harmonius patrem imitatus modorum suavitate captos audientium animos ad exitium pertrahebat. Quapropter Ephraemus compositionem modorum ab his mutuatus pietatem canticis permiscere conatus est. Consule Sozom. l. 3. c. 16. et Theodor. H. E. lib.4. c. 29. necnon FRID. STRUNZIUM in « *Hist. Bardesanis et Bardstanistarum,* » *et* AUGUSTUM HAHN in « *Bardesanes gnosticus Syrorum Primus Hymnologus.* »

(4) Hunc Kokum (ܟܘܟܐ) memorat S. Ephraemus inter haereticos Syros antiquos quos impugnat.

(5) Tatianum, qui se ipse ait Natione Assyrium esse (in Orat. Adv. Graecos) Syrum appellant Clem. Alexandrinus, et Theodoritus, Syrum et in Mesopotamia natum Epiphanius. Et recte omnes juxta superius adnotata. Praeterea Epiphanius docet Tatianum, circa an. XII. Antonini Pii, in Mesopotamia novam condidisse Sectam. Ebedjesus Sobensis in Catal. Scrip. Syr. et in Praefat. ad Epist. Cann. Synodd. Tatiani Diatessaron Syriacum (unum librum ex quatuor Evangeliis digestum) laudat, quod, testibus Barsalibaeo et Barhebraeo, S. Epraemus commentariis illustravit.

Schythiani discipulus (1). Hi sunt praecipui Syri Literarum periti, hujus saeculi.

VII. Jamvero praetereundum non est documentum sane praeclarum ad demonstrandam ingentem dilatationem Religionis christianae jam factam, ante saeculum hoc secundum, in toto imperio Parthico, et ulterius in iis nimirum regionibus, quae cum tunc, tum deinceps Ecclesiam Chaldaeam constituebant, quod Bardessanes nobis exhibet in Dialogis de Libertate Hominis, « vel de Legibus Regionum » ܥܕܢܐܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ adversus Chaldaeorum de Fato doctrinam. Porro in fragmento hujus Dialogi graece versi, ab Eusebio nobis conservato (lib. 6. Prop. Evangel. c. 10.) (2), sic disserit Bar-Daissan « In Syria quondam et Osrhoëna plerosque Opis in honorem abscindi moris erat: verum quum repente jussisset rex Abgarus, ut quibus abscissa verenda essent, iis etiam manus abscinderentur, nemo se deinceps in tota Osrhoëna abscidit. Quid porro de Christianorum Instituto dicemus, cujus nos sectatores et PLURIMI et DIVERSIS in TERRAE PARTIBUS exstitimus, qui tamen in omni cum Gente tum climate, uno omnes eodemque nomine appellati sumus? Enimvero nec in PARTHIA CHRISTIANI, PARTHI licet, pluribus utuntur uxoribus, nec in MEDIA defunctorum corpora canibus objiciunt, nec in PERSIDE, *Persae* licet, filias uxores ducunt, nec apud

---

(1) De illo Budda loquor, qui Schythiani servus, discipulus et heres, in Perside, Manetis impietatem praeseminasse et ibidem periisse, hoc saeculo, fertur.

(2) Idem Euseb. H. E. l. IV. rursus istum Dialogum Bardessanis memorat, et Hieron. in Cat. Script. Eccl. ait « Clarissimus et fortissimus liber, quem Marco Antonio de Fato tradidit Bardesanes » item Epiphan. in Panario, et Photius Cod. 223. Porro hujus Dialogi fragmentum exhibet praeter Eusebium, Auctor *Recognitionum* sub falso nomine Clementis Romani, quod Ruffinus vertit; et Caesarius Greg. Nazianzeni frater in Dialogo II., licet cum aliquali modo; at, quod magni momenti est, textum Dialogi originalem Aramaeum habemus a v. c. Cureton editum in *Spicilegio Syriaco,* ex Cod. Nitriensi Musei Britannici, quem, ex parte, heic dabo.

BACTROS aut Gallos nuptiarum honestatem et jura contaminant. Ita, ubicumque degant, nec legum morumque sceleratorum improbitate vincuntur, nec ad flagitium ullum Praeceptoris sui legibus interdictum, nascendi conditionis ex Principum Astrorum imperio nutuque descriptae vi adiguntur. » Originale autem Chaldaicum sic jacet :

ܕܒܐܬܪܐ ܕܐܬܪܝܐ ܘܐܪܗܘܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܟܕ ܡܬܩܛܠܝܢ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܫ ܕܠܐ ܕܢܬܩܛܠ ܡܢ
ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܡܢ
ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ܐܢܫ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ
ܡܢ ܟܠ ܕܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܪܝ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܡܬܩܛܠ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ
ܠܡܬܩܛܠ ... ܡܢ ܕܝ ܢܠܡܕ ... (ܕܢܦܫ)

« In Syria et Osrhoëna se abscindebant quidam... Statim

autem ac *credidit* Abgarus rex (1) jussit, ut cui abscissa essent verenda manus quoque abscinderetur. Quid vero dicam de Natione nova nostra Christianorum, quam in *omni regione* atque in *omnibus plagis* constituit CHRISTUS adventu suo? Ecce enim nos omnes ubicumque simus ab UNO NOMINE CHRISTI CHRISTIANI vocamur: et in UNA die Dominica congregamur: et indicatis diebus a cibis abstinemus. Atque nec fratres.... qui in Parthia sunt binas uxores ducunt, neque... sorores nostrae, quae in regionibus Ghelanitarum (2) et Kashanitarum (3) sunt se contaminant cum extraneis, neque qui in Perside sunt filias suas in uxores ducunt, neque qui in Media sunt fugiunt a mortuis suis ... neque qui in Hetra (4) lapidant fures .... neque qui in Osrhoëna interficiunt uxores suas... etc.»

---

(1) De Primo igitur Abgaro loquitur qui primus crediderat praedicationi S. Addaei.

(2) Ghelana, Hyrcanicae antiquae pars, Dailamae regioni contermina, ad oram maris Caspii. Hinc Ghelanitis et Dailamitis unum Metropolitam praefecerat Timotheus I. Patriarcha, Schubhaljesum scilicet, quo a Barbaris caeso, duos in ejus locum Metropolitanos idem ordinavit: Kardagum nimirum Ghelanitis et Tabalaham Dailamitis; et sic alios deinceps.

(3) Superius Bardesanes dixerat « Bachtriani qui et Kashanitae appellantur. » Eusebius habet Βάκτροις tantum: Caesarius Σούσιοις τῆς Βαβυλῶνος; et Ruffinus in *Recognitionibus* « in Susis. » Transoxanae et Tartariae urbs ad boream Bactrianae et Chosasanae (ubi sunt etiam Urbes Samarkandae et Bocharae). Est autem Abulfedae كشانية et كاسان de qua Strabo Geog. XV. p. 728. Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι; in finibus scilicet Susianae Elamitarum sita. Videsis etiam Ptolom. Geog. VI. 3. Bactrianae autem eos olim fines habuit quos inposterum et nunc Chorasana, cuius Urbes praecipuae Maru, Herat, Tus, Nisabur, et Balch. Loca omnia recensita in historia ecclesiastica Chaldaeorum et maxime Nestorianorum, sunt insignia.

(4) Hetra seu Chetra locus in Assyria esse videtur, ubi Trajanus, in bello Parthico fuit paullo ante suam mortem (Cfr. Tillemont. Histoire des Empereurs, v. 2. p. 209.). Plura hujus nominis loca etiamnum in Assyria noscuntur; praecipuum est Oppidum, quod saepe memorat Thomas Margenius in Hist. Monast. saec. 9. in

§. III.

I. Ab obitu Shahlupae anno 182. usque ad electionem Papae ad Sedem primatialem Seleuciae et Ctesiphontis an. 247. aut nomina unius vel alterius Antistitis a catalogis exciderunt, inquit cl. J. S. Assemanius, aut episcopatus ille vacasse per annos circiter 65. dicendus. Ego autem existimo Polychronium illum, qui, tum in Martyrologiis, in Perside et Babylone Episc. et Martyr, tum ab Adone et Notkero Babyloniae et Ctesiphontis Praesul, in persequutione Decii martyrio affectus perhibetur an. 251. unum saltem esse ex iis, quorum nomina desiderantur in serie illa Antistitum Chaldaeorum Ecclesiae. Conjecturam comprobat tempus et locus ceteraque adjuncta.

II. Cum S. Polychronio plures alii e Cleri coetu praesertim martyres passi feruntur in Perside ejusque Ditionibus, in eadem persequutione; et speciatim subreguli Abdon et Sennen, qui corpus praefati sui Episcopi ad muros Babyloniae sepelierant, et dein Romam adducti martyrio et ipsi affecti die 30 Julii fuere. Horum certamina videtur prae ceteris conscripsisse Jacobus Magnus Nisibis Episcopus, teste Gennadio in catalogo Script. Ecclesiastic.

III. Quod rite Pagius observat (1): Ascetas nimirum in Ecclesia semper fuisse — quo nomine vocabantur priscis illis temporibus, qui inter christianos strictius quoddam ac durius vitae genus ut veri philosophi profiteban-

---

Ditione Margae una cum Akra, Cherpa, Chardes Kop et aliis pagis, qui supersunt. Alia proinde est haec Chetra, a Cataraeorum Regione ܟܬܪܐ, in Mediterraneis Arabicae Felicis contra Persidem, quae saec. VI. jam plures sedes Episcopales numerabat et a saec. III. jam coenobia et Monachos habebat, quaeque nescio an recte a v. c. I. S. Assemanio (Bibl. Or. tom. 3. p. 632.) eadem cum Bactria existimatur.

(1) Ad an. 62. num. 4.

tur (1); Monachorum vero nomen ac institutum serius coepisse, id in Ecclesia Chaldaeorum comprobatum con-

---

(1) Sane praeclarum est hanc in rem et generatim in Christianae Religionis laudem, Comodo Imperatore, celebris Galeni (Claudii Pergameni) testimonium, quod licet alias ex Ibn Al-Wardi Abulfedae continuatore cum arabice, tum latine vesum ediderim ([a]), praestat et heic adducere ex Abulfeda ipso ([b]), cui consonat Greg. Abulph. Barhebraeus ([c]). En verba Abulfedae قال ابن الاثيـــر فى الكامل انّ جالينوس كان فى ايام قومودوس . وكان دين النصارى قد ظهر فى ايّامه . وقد ذكرهم جالينوس فى كتابه فى جوامع كتاب افلاطون فى سياسة المدن : فقال . انّ جمهور الناس لا يمكنهم ان يفهموا سياق الاقاويل البرهانيّة . ولذلك صاروا محتاجيـــن الى رموز ينتفعون بها . (يعنى بالرموز الاخبار عن الثواب والعقاب فى الدار الآخره) ذلك انّا نرى الآن القوم الذين يدّعون نصارى انّما اخذوا ايمانهم عن الرموز . وقد يظهر منهم افعال مثل افعال مـــن تفلسف بالحقيقة وذلك ان عدم جزعهم من الموت امر قد نراهُ كلّنا . وكذلك ايضًا عفافهم عن استعمال الجماع فانّ منهم قومـًـا رجالاً ونساءً ايضا قد اقاموا جميع ايام حياتهم ممتنعين عن الجمـــاع . ومنهم قوم قد بلغ من ضبطهم لانفسهم فى التدبير وشدّة حرصهم على العدل ان صاروا غير مقصّرين عن الذين يتفلسفون بالحقيقة .

([a]) Videsis l' *Univers* Ephemerid. n. 1086. Edit. quotid. et Annales de Philosophie Chretienne vol. 80. pag. 396.

([b]) Historiographus Mohammedanus notissimus saec. VII. Heg. in opere « Compendium de Historia Hominum. » Hujus partem primam sub titulo « Historiae ante-islamicae » edidit Fleischer, cum vers. latin.

([c]) Hic eundem Galeni locum refert paullulum modificatum, ut vides, in Chron. Syr. Dynast. VIII. et in Chron. Arab. Dynast. VII. quod nescio an fuerit hucusque observatum.

spicimus. Etenim quamquam monachatus proprie dictus primum ab Avone, seu Eugenio S. Antonii discipulo in

---

« Dixit Ibn Al-Athir in *Perfecto:* Galenum انتهى كلام جالينوس sub Comodo floruissë. Porro Galeni tempore Religio Christianorum magna iam incrementa ceperat, eorumque mentionem ipse facit in libro de *Sententiis* vel de collectionibus *Politicae Platonicae* ([a]) his verbis: *Hominum plerique orationem demonstrativam continuam mente assequi nequeunt; quare indigent, ut instituantur parabolis* (narrationes dicit de praemiis et poenis in vita futura exspectandis), *veluti nostro tempore videmus homines illos, qui christiani vocantur, fidem suam parabolis petiisse. Hi interdum talia faciunt, qualia qui vere philosophantur. Nam quod mortem contemnunt, id quidem omnes ante oculos habemus; item quod ab usu rerum venerearum abstinent. Sunt enim inter eos viri et etiam feminae, qui per totam vitam concubitu sibi temperaverint. Sunt quoque qui in animis regendis coercendisque, et in acerrimo honestatis studio eo progressi sint, ut nihil cedant vere philosophantibus.* » Haec Galenus. Gregorius vero Barhebraeus in Chron. quidem syr. sic verba Galeni citat

ܘܐܡܪ ܐܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܐ ܕܒܠܐ ܬܡܗܐ
ܕܐܝܟܢܐ ܡܬܟܠܡܝܢ ܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ
ܡܕܡ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ . ܘܡܢܗ ܕܢܫܐ
ܕܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ . ܐܦ
ܕܗܘ ܐܢܐ ܕܥܒܕܘ ܐܝܟ ܕܡܫܬܡܥ ܠܗ ܐ
ܠܐ ܡܬܬܡܢܝܢ

Eadem repetit in Arabico sic

ان هولاء القوم الذين يُسمّون نصارى تراهم قد بنوا مذهبهم على الرموز والمعجزات وليسوا باقلّ من الفلاسفة الحقيقيّين باعما لهم .

([a]) Hunc librum Galeni frustra quaeres apud Fabricium aliosque; sed apud Orientales tribuitur illi. Barhebraeus testimonium hoc Galeni ex commentario ejus in Paedonem Platonis citat. Apud Casirium Bibl. Escur. I. p. 253. sq., hic ipse locus Galeni e Bibl. Philos. Arab. citatur et vertitur.

Mesopotamiam, atque inde in totam Ecclesiae Chaldaicae ingentem provinciam saeculo quarto ineunte sit invectus (1), attamen in ipsa, huc illuc, exempla non rara

---

يحبّون العفّة ويدمنون الصوم والصلوة ويجتنبون المظالم . وفيهم اناس لا يُدنّسون بالنساء . « Conspiciuntur viri isti, qui Nazziraei (Christiani) vocantur, aenigmatibus et miraculis fidem suam superstruxisse. Hi equidem actionibus suis minime cedunt veris philosophis ; amant enim temperantiam et castitatem : perseverant in jejuniis, adhibentque curam ut nulli injuriam inferant. Sunt etiam inter eos, qui per totum vitae suae spatium nullúm cum feminis commercium habeant.» Ad haec addit Barhebraeus « contendo hoc esse indicium vitae Monasticae, quae post Ascensum Domini nostri intra spatium centum annorum innotuit.» Sic habemus insigne Philosophi Ethnici pro excellentia morum, et doctrina Christianae Religionis cultorum, atque pro divinitate originis eiusdem, nec non de vetustate vitae monasticae seu asceticae in eadem Religione antiquum testimonium a Mohammedanis scriptoribus et a Jacobitis nobis conservatum et adprobatum !

(1) Nam Monachatus Ordinem splendido modo et in plena sua forma, quemadmodum Antonius in Aegypto et Hilarion in Palaestina et Syria primi fuerunt fundatores, sic eodem fere tempore, et paullo ante Concilium Nicaenum, Eugenius, S. Pachomii Caenobio in Mesopotamiam invexit. Id innumera Syro-chaldaeorum monumenta comprobant. Hunc porro ob reverentiam Avum hoc est *Patrem nostrum* Chaldaei ab initio et ad haec usque tempora appellant, qua proinde appellatione, et quidem sola, Sozomenus agnovit illum atque memoriae prodidit (H. E. l. 6. c. 33. 34.), ubi posteaquam ex ejusdem sociis quosdam etiam commemorasset subjungit « Et ex monachis quidem, qui tum apud Syros, tum apud Persas Syris finitimos nobiliter philosophati sunt, isti ad notitiam nostram pervenerunt . . . qui Syros fere omnes, et ex Persis ac Saracenis quamplurimos, ad Religionem suam traduxerunt, et a superstitioso daemonum cultu abstraxerunt.» Et reapse sanctus iste Pater apud Nisibim et in monte Singar fixit Coenobium suum et discipulos plurimos habuit, qui tamen per totam Persidem et Chaldaeam disseminari et coenobia construere tunc solum potuerunt, quando post persequutionem 40. annorum pax tandem Romanos inter et Persas an. Christi 363. conclusa fuit, his Sapore Longaevo, illis Joviano Imperantibus. Quamquam igitur jure merito vitae monasticae pater et fundator in Mesopotamia et Chaldaea, Eugenius iste Beatus dicatur et sit; non tamen concedam ante ipsum

Celibatus, Christianae philosophiae, atque arctioris solitariaeque vitae, inde a medio saeculo 3., cernimus.

IV. Sane Jacobus ille Magnus, qui uno anno antequam ad Superos evocaretur (an. 338.) Nisibim, suam patriam, ab immanis Saporis obsidione, suis suique discipuli Epraemi precibus, liberavit; et an. 336. rursum suis et Alexandri Constantinopoleos Antistitis conjunctis, ad Deum supplicationibus, interitum impii Arii impetravit; et anno 335. Concilio Hierosolymitano, in quo Templum S. Sepulchri dedicatum est, interfuit; et anno 325., cum eodem discipulo suo Epraemo, Nicaenae adfuit Synodo; et circa an. 297. sub Galerio Maximiano fidei confessor claruit jam Episcopus Nisibis, ipsemet antea solitariam vitam per annos 38. hoc est, ab anno 258. ad annum 395. fuerat professus. « Ex altissimis montium Nisibenae regionis verticibus, scribit Theodoritus (1), ubi solitariam et quietam vitam erat amplexus Magnus Jacobus venerat per id tempus (certe ante an. 297.) *in Persidem, visurus plantas verae Religionis, et congruentem eis curam exhibiturus*... post haec ad munus Pontificatus trahitur (2). »

---

ejusque discipulos minime exstitisse, praeter solitariae vitae cultores, monachos quoque proprie dictos et Coenobia. Hoc demonstrant plura exempla, quae in monimentis nostratibus passim occurrunt: talis fuit Julianus Saba in Mesopotamia ad Euphratem: Barsebia Archimandrita cum sociis undecim: anno Chr. 331. et inter Quadraginta Martyres, sex monachi et Bademus Archimandrita cum septem monachis anno Saporis 66. martyrium subjere ([a]) ante adventum sociorum Eugenii in Persidem. Ante an. Saporis 40. coaevi Kardagho Regulo Martyri memorantur Beres et Ebedjesus Monachorum praefecti in Assyria. Quod vero palmare est Coenobium S. Thomae, in India et Cataraeorum insula, jam monachis abundans ante adventum Jonae Coenobii Anbarae fundatoris, qui inter primos Eugenii socios fuit ([b]).

(1) In Hist. Religiosa c. 1. et seqq. Cfr. etiam Euseb. l. 4. de Vit. Const. c. 43. et Martyrol. Rom. 15. Julii.

(2) Ex his, collatis etiam ejus superius disputatis de Syris

([a]) Cfr. St. Evod. Assem. Act. Martyr. Orient.

([b]) Videsis dicta de hoc Coenobio supra.

V. Hujusmodi et inter moniales existimandae sunt *Filiae* illae *Foederis* ܒܢܝ ܩܝܡܐ; virgines, nimirum, Christo sacrae, quae Nisibi, praesertim hoc III. saeculo, degebant magno numero; ut referunt Acta Graeca et Syriaca S. Febroniae V. et M. (1).

VI. In Assyria vero eodem tempore vivebant Jacobi Magni aemulatores. Nam in Actis Martyrii Kardaghi Reguli Beth-Garmaei (2) laudatur Beres solitariae vitae cultor, et multorum in montibus illius regionis degentium discipulorum Pater, quem, ex annorum ibidem assignatorum computatione infertur ante an. Christi 285. se se in eremo inclusisse. Idem ferme dicendum de S. Millesio (3), qui certe ante saeculi quarti initium, militia relicta, vitam asceticam amplexus fuerat, dein Susae in Huzitide renuntiatus Episcopus, postea nonnisi circa annum Christi 309 iter Hierusalem et Aegypti suscepit (4).

VII. Dum haec ita erant, et Religio Christi in Persico imperio in dies augebatur vitamque acquirebat, sub Sapore Saxanitarum Dynastiae (5) instauratoris Arda-

---

Orientalibus, deque Nisibis civitate et episcopatu, cumulate patet sanctum hunc jure ad Chaldaeorum Ecclesiam pertinere, prout semper scriptores Nestoriani supposuerunt, nullo contradicente. Sane Eusebius lib. 4. de Vita Constantini cap. 43. ipsum dicit « Episcoporum Persidis ornamentum, virum Sanctum et in divinis scripturis apprime eruditum. » Hinc Chaldaei, qui in SS. Commemorationibus, in suo Officio, admodum sunt parci, Episcoporum vero nullum, qui ad eorum Ecclesiam non spectet publice celebrant, nihilominus hujus Jacobi Commemorationem faciunt I. feria VI. Aestatis, in Tomo anni circuli. Admonendum hic interdum scriptores vel graves confundere hunc S. Jacobum cum homonymis Sarugensi et Edesseno.

(1) Videsis I. S. Assem. Bibl. Or. tom. 3. p. 2. a pag. 882.

(2) Exstant haec Acta Chaldaica in saepe laudato Codice XVIII. Chald. Borg. V. C. U. d. P. F.

(3) Hujus Acta Chaldaice publicavit Evod. Assem. in vol. I. Acta Martyr. Orient. continente.

(4) Hic Magnus vir multa habet facinora mentione digna quae ad saec. IV. pertinent; martyrium enim passus fuit an. Christi 340. Sapor. 11. 31. Persequutionis ejus 1° eodem anno quo S. Simeon Bar-Sabbaë Archiep. et Primas Seleuciae et Ctesiphontis.

(5) Ardascirus enim seu Artaxeres, deleto Imperio Parthico, Ash-

sciri filio, ortum habuit haeresis Manichaeorum in commune humani generis malum. Manes haeresiarcha e Perside oriundus, qui proinde, juxta usum, a S. Epraemo

---

ganitarum, Persicum instauravit circa annum 226., cui mortuo anno 241. successit Sapor I. qui ingentibus malis Romanos affecerat. Huic successerunt alii usque ad Saporem II. cognomento Longaevum Hormisdatis filium, qui quot vixit 70 annos regnavit, et 40 praesertim ultimis Regni sui annis, infinita prope Martyrum multitudine, in toto suo Imperio, Ecclesiam donavit, ut patet non solum ex Actis Chaldaicis S. Maruthae aliorumque Assyriorum Auctorum, quorum partem ex vetustissimis mss. publicavit cl. St. Ev. Assem.; sed ex aliis etiam, quae adhuc plurimae adservantur tum in Cod. Chald. XVIII. Borg. Bibl. C. U. de Prop. Fide, tum in Bibliot. Amidensi Chaldaeorum, tum in Museo Britannico. Idipsum constat cumulate ex Martyrologio Rom. aliisque, Menaeis Graecis, Sozom. H. E. l. 2. a c.12., Hieronym. in Chron. aliisque scriptoribus. Saporem deinde imitati sunt ejusdem successores imprimis Behramus seu Vararanes et Jezdegerdes, ut ex iisdem citatis documentis liquet. Itaque quamvis non desunt exempla vexationum et occisionum Christianorum in Regno Saporis hujus II. (a) ante an. Chr. 330. (b); attamen ut plurimum quietam ducebant ibidem fideles vitam, praesertim pacis cum Romanis, et Constantini reverentiae gratiâ, qui omnium Christicolarum curam gerens non omisit eos qui apud Barbaros degebant, pro quibus commendandis, anno 333. « Quum, nimirum, apud Persas crebras esse Ecclesias accepisset (c), scripsit ad Saporem Epistolam in qua dicit — « Quanta voluptate me affici censes quum audio id, quod mihi maxime in votis est, horum hominum MULTITUDINEM, Christianorum scilicet, de quibus omnibus mihi sermo, NOBILISSIMA ET PRIMARIA QUAEQUE PERSIDIS LOCA LONGE LATEQUE ESSE DECORATA ?... Tibi Ego hos committo, eosdem in manus trado. » — Ceterum ad historiam Martyrum nostratum quod spectat, congestis undique quae in dictis mss. Chaldaicis recondita sunt Actis, cumque jam a laudato Illmo Apamaeae Archiepiscopo editis unitis, grandis et completior haberetur Martyrum Orientalium Actuum Collectio; quod in votis mihi dudum et apprime positum est.

(a) Cujus rei Acta chald. genuina exstant sub anno 9. et 18. praesertim Saporis hujus.

(b) Qui annus incidit in 31. Saporis Longaevi; attamen alii censent an. 31. Saporis in 340. Christi incidere.

(c) Ut refert Eusebius in Vita ejusdem Constantini, lib. 4. c. 8. et Theodoritus in H. E. l. 1. c. 23.

Syrorum Doctore Babylonius dicitur, a Barhebraeo (1) traditur fuisse Presbyter in Huzitide et interpretatoris SS. Scripturarum in illa Ecclesia antea munere functus. Tum coepit haeresim suam, quam a Schythiani praecipue scriptis hauserat, disseminare in Perside, Assyria et Babylonia, adhibitis ad id discipulis duodecim. At quum Regis Persarum Saporis I. filium vel a morbo curare nequivisset, vel potius exstinxisset, ejusdem indignationem veritus in Mesopotamiam (in eam scilicet partem, quae in Romanorum tunc Ditione erat) profugit. Ibi opera Marcelli nobilis Cascarensis (2) cum Archelao ejus civitatis, nimirum Cascarae (3) Episcopo, habita disputatione profligatus, ad Diodoridem ejusdem regionis oppidum clam accessit: ubi coram Diodoro Presbytero, quem S. Epiphanius et Photius Tryphonem appellant, iterum confutatus, et ad consilii inopiam redactus, in Persidem rediit. Tunc a satellitibus Saporis captus et excoriatus circa an. 263. dignas impietatis suae poenas persolvit. Haeresis autem ejus cum illo non interiit, sed longe crevit per omnes fere regiones, et varias formas induta hodieque perdurat.

---

(1) In Chr. Arabic. Dynast. VII.

(2) Hic septem millia et septingentos Christianos a Romanis militibus captos redemisse dicitur in Actis memoratae Disputationis.

(3) Cascara ܟܫܟܪܐ Urbs in Chaldaea seu Babylonia et Mesopotamia inter episcopales Provinciae Patriarchalis urbes prima fuit, cujus proinde Episcopus in Pontificali Chaldaeorum dicitur caput Episcoporum Provinciae magnae et Patriarchalis, et tenere dexteram Patriarchae, ejusdemque Sedem vacantem custodire. Cascarae ortum habuere Patriarchae Abraham, Sciahlupa Tomarza et Mar-Aba II. nec non clarus Vir Abraham Cascarensis Coenobii Izlensis fundator et Disciplinae monasticae, post corruptelam opera impuri Barsumae introductam, apud Chaldaeos restaurator saec. VI. Cascarae Episcopi Abda et Abedjesus passi sunt in persequutione Saporis an. 363. — Sub Saborjesu I. Patriarcha (saec. VI.) Theodorus Cascarae Episcopus, et Gregorius ex Cascarensi Ecclesia ad Nisibenam evectus, laudantur. Et sic jugiter in Tabulis Nestorianis exstiterunt, omni aetate, Cascarae Episcopi usque ad saec. XIV. ut ex Pseudo-Amri Tabula patet.

Et in Chaldaea quidem, ubi ex Actis Martyrum et S.Epraemo constat plurimos fuisse Manichaeos, eosdem modo esse cum Dasanitis seu Jeziditis conjicere merito licet, tum ex identitate fere principiorum, tum ex eo quod apud hos locus omnibus venerabilior et religiosior sit, in Assyria, templum cuidem Addaeo sacrum. Atqui constat Manetem inter discipulos quos adscivit, et diversis Orbis plagis distribuit, sacrilege Divinum Servatorem imitatus, unum fuisse nomine Addaeum, quem praecise Assyriae seu Adjabenae et Beth-Garmae destinaverat (1). Saeculo salutis nostrae VIII. Manichaeos plurimos penes Ghelanitas et Dailamitas, apud Mare Caspium, convertit Subhaljesus, a Timotheo I. Patriarcha creatus illarum regionum Metropolita.

VIII. Contra Manichaeos plures synchronos Doctores surrexisse, testes sunt Mares Salomonis, et Amrus in vita Papae Primatis Chaldaeorum, de quo mox erit sermo. «Sub hoc Patre, inquiunt, plures erant doctores, qui asseclas Simonis, Marcionis et Manetis aliosque impugnabant.» Qui autem, posteriore aetate, memoriae proditi fuerunt opera contra Manetem ejusque Sectam conscripsisse, inter Syros Chaldaeos, sunt Doctor Magnus Apraem qui Nisibi natus, Diaconatu in Ecclesia Edessena functus obiit circa an. 373. — Daniel Rheshainae in Nisibena Provincia Episcopus, circa an. 550. — Gabriel Hormuzi, celeberrimae in Carmania, juxta Sinum Persicum, urbis Episcopus circ. an. 540. — Bud Periodeutes, Christianorum in Perside, finitimisque Indiarum regionibus curam

---

(1) Sic habent Acta Chaldaica saepe citata Martyrr. Beth-Seleuciens. in Cod. Borg. Coll. Ur. de Prop. Fide n. XVIII. ubi laudantur episcopi hujus Regionis et praesertim Metropolitae Sciahkardae ob zelum in istam pestem eradicandam; et expresse traditur variarum persequutionum sub Sapore II. in Christianos excitatarum non raro impulsores atque Fautores Manichaeos exstitisse. De Manichaeismi origine et progressu videsis Archel. Disput. cum Manete — S. Epiphan. lib. de Mensuris et Ponderibus et Haeres. 66 — J. S. Assem. Bibl. Or. t. 4. a pag. 44.

rc. an. 570. , qui etiam librum Calilah et Da-
Indico Sermone Chaldaice seu Syriace ver-
- Nathanael Coenobii Beth-Abentis in Assyria
ɔhus, circ. an. 690. et alii.

IX. Sapores Ardasciri filius, an. Christi 257. Nisibin, ıarras , et Antiochiam vastavit diruitque , et biennio post Valerianum Romanorum Imperatorem captivum adduxit, et cum ipso ingentem praedam ex Romana ditione in Susianam et Huzitidem egit, ac praesertim ex urbe Antiochena, inter quos complures peritos medicos Graecos, qui medicinam Hippocraticam in Oriente disseminarunt. Civitatem etiam ibidem aedificavit, quam, de suo nomine, Gandi-Sapor appellavit. Mares et Amrus historiographi (2) scribunt cum illa praeda, et Demetrium Antiochiae Episcopum fuisse in Elamitidem abductum, qui a Papa, Christianorum in Persico Imperio Primate, illius novo constructae civitatis , nimirum Gandisaporis , gubernationem acceperit, ex eoque tempore Episcopus Gandisaporis metropolitica dignitate auctus primas post Seleuciensem Primatem in Oriente tenere consueverit. Quidquid sit de hujus narrationis veritate certum est — 1° illa aetate, antea, et semper postmodum insignes exstitisse in Ecclesia Chaldaeorum et primos, qui crediderint, ut vidimus (3), hos Christianos Huzitas et Susianos — 2° jam a saeculo hoc tertio Beth-Lapatae Episcopum metropolitica dignitate, et quidem ab Ipso Papa insignitum, et primas revera deinceps inter ceteros tenuisse — 3° in Aula

---

(1) Haec versio philologis desideratissima, anno superiori, Massule profectus iter faciens ad hanc almam Urbem reperi in Bibliot. S. Hormizdatis Mardae (Merdini) Chaldaeorum, ubi, sicut et in vicina urbe Amidae, seu Diarbekir, plures alios Codices perraros, magno cum gaudio licuit invisere, quos loci Praepositis vehementer commendans ad opportunum tempus in corde meo asservavi.

(2) In vita Papae Arch. Seleuc.

(3) Ubi de Elamitis, Huzitis, et Susianis supra c. IV. et V. §§. I. et II.

Regia Persarum initio saec. IV. plures fuisse ex Huzitis praesertim viris, ut liquet ex actis S. Jacobi Intercisi, et Danielis, Jonae et Michaelis B. Eugenii Monachorum in Mesopotamia et Chaldaea Patris sociorum vitis (1). — 4° celebrem fuisse in hoc saeculo Beth-Lapetae Episcopum Martyrem, S. Gadjabum, qui S. Milesium Susae Episcopum ordinaverat ante an. 310., quo hic abdicato episcopatu iter in Palaestinam et Aegyptum suscepit (2) — 5° Monasterium Lapethae Elamitarum a Bademo Archimandrita aedificatum memoratur (3) sub fine hujus saeculi, et ante propagationem Discipulorum S. Patris Eugenii, apud quod et Schola celebris fuit, in *Constitutione* Sabarjesu Patriarchae saec. IX. laudata — 6° inter memoratos captivos complures fuisse Christianos omnino praesumendum esse — 7° ideoque et inde factum ut plures Christiani Huzitae et alii ad Chaldaeorum Gentem pertinentes in Oriente (4) celebres in medicina et magistri exstiterint, ut observat Barhebraeus (5).

X. Haud certus est annus, quo Papa Sedem Seleuciensem regere, et Christianis omnibus in Imperio Per-

---

(1) Prostant haec documenta in saepe laudato Cod. Chal. XVIII, Borg. V. C. U. de Prop. Fide.

(2) Videsis Acta Mart. Or. St. Evod. Assem. et cit. Cod. XVIII. Borg. ut alia Acta Martyrr. in mss. nostratibus in Patrio solo adservatis taceam.

(3) In Act. Chald. Martyr. Orient.

(4) Eo sensu accipio heic *Orientem*, ut mos est penes nostrates, quo sic relate ad Syriam spectatur et est, non absolute.

(5) Chron. Syr. Part. I. in Valeriano. Inter ceteros vero, in Historia Nestorianorum, eminent: Theodorus Maruae, in Chorosana, urbis Metropolita sub Mar-Aba I. Patriarcha circa an. 540: Simeon Taibutha (hoc est Gratia) Monachus circa anno 690. Et a saec. VIII. et deinceps Joannes Masue, celeber Chalifarum Bagdadensis Philosophus Gabriel, hujus filius Bachtjesus, et hujus filii Gabriel et Joannes, Salmavaeus, omnes Bagdadenses, Sapores Saheli Gandisaporensis, Joseph Al-Saher, Presbyter, Barsumas Carchae seu Beth-Seleuciae Episcopus, Abu-Sahelus Al-Masihi Chorasanus AVICENNAE Praece-

sico de gentibus praesidere coepit. Certum videtur id contigisse post an. 250. Est autem extra omnem dubitationem ipsum usque ad an. 326 vixisse. Irakensis, h. e. Persa-Babylonius is fuit, patre Aghaeo, et fertur absque Patrum suffragiis ordinatus, primusque fuisse, qui ex Perside oriundus a Davide Maishanae, seu Bassorae Episcopo manuum impositionem acceperit. In Epitom. Canon. Synod. Chaldaeorum (1) Papa perhibetur primus qui Metropolitas in Ecclesia Chaldaeorum discreverit, et quidem primum ante omnes Metropolitam Elamitidis (seu Beth-Lapetae et Gandisaporis, vel Huzitarum), et paullo post etiam Nisibis, tum tertium Prath-Maishanae (h. e. Bassorae) et post hunc Assyriae (h. e. Adjabenes, et Maussulanae Regionis).

XI. Ex historia gestorum ejusdem Papae Seluciensis Primatis habemus (2); Regem Persarum quum vidisset tam Primatem et Episcopos, quam Manichaeos Manetis sectarios a nuptiis abstinere, in Manichaeos quidem illico sententiam mortis tulisse; verum ad Christianos quoque idem Edictum manasse: eaque de causa multa Archiepiscopum Papam passum fuisse. Quum proinde Christiani ad Regem confugissent, jussisse illum discrimen, quod inter utrosque esset, sibi exponi. Tum vero Papam dixisse: « Manichaei duos Deos credunt, terramque vita praeditam, et animas ex uno corpore in aliud migrare; nuptias denique aversantur. Contra Christiani unum

---

ptor, Ibn-ul-Talmid Poeta et Philosophus Bagdadensis saec. XI. ([a]), Emmanuel hymnographus, et Monachus Monasterii *Superioris* Maussulani sub Ebedjesu I. Nestor. Patriar. an. 963. Honainus ejusque filii David et Isaac, et alii.

(1) Apud Sobensem par. VIII. c. 25.

(2) Apud Marem Salomonis et Amrum Matthaei.

([a]) Hujus Opus hucusque ignotum catechetico-Theologicum arabice conscriptum anno superiori reperi in Bibl. S. Pethionis M. Amidae in Codice, qui an exemplum alibi habeat valde dubito.

Deum credunt, et nuptias probant, *etsi eorum Praesules ab iis, Religionis causa, abstinent, uti scilicet precibus vacare possint, nec habeant quod ipsos distrahat.* » Quod Papae responsum quum Rex probasset, praecepisse, nequid molestiae iis deinceps crearetur.

XII. Ad reliqua Papae hujus gesta, licet ad initia sequentis saeculi IV. illa pertineant, quod attinet, haec summatim memoriae sunt tradita. Videlicet in ejusdem caussa prima Chaldaeorum Synodus coacta fuit Seleuciae anno Chr. 314, cui S. Millesius Epis. Susae et M. interfuit. Accusabatur autem iste Praesul ab Orientalibus multorum criminum: quod esset homo intolerandi fastus et ambitionis immensae: quod uni eidemque Ecclesiae binos Episcopos consecrasset: et quod Presbyteros et Diaconos suae Ecclesiae indignis modis tractaret. Exstat Epistola S. Jacobi Nisibeni in occasione dissensionum inde ortarum ad hanc Synodum transmissa Epistola. Damnatus itaque fuit in memorata Synodo Primas iste, atque eidem in morbum de integro et per annos 12. incidenti Vicarius suffectus fuit S. Simeon Bar-Sabbae. Hic est, qui postea Papae nomine Synodo oecumenicae Nicaenae I. interfuit; qui eidem ad Superos profecto successit in Sede Seleuciensi; qui in magna quadraginta annorum Persequutione Saporica, praeclaro admodum Martyrio viam verae gloriae, et Coronae haud periturae acquisitionem, quos vivus doctrina aluit et adamavit in Christo Filios et discipulos magnanimo suo exemplo nobiliter edocuit, atque una simul se, et quam rexerat Sedem, Ecclesiam et Gentem immortali nomine cohonestavit.

CONCLUSIO

En opusculum, Deo O. M. opitulante, ad umbilicum ductum, Amice Lector, quod mihi gratulor posse tandem tibi offerri veluti munus, ni fallor gratissimum, teterrimae, in qua versamur, aetatis, nec non nostrae quoque Ecclesiae et Gentis conditioni et angustiis apprime opportunum.

Et sane, uti cernis, duplex argumentum ipsum opus complectitur: alterum *primarium* et directum; *secundarium* et indirectum alterum.

Primum Romanae Apostolicae Cathedrae respicit Jurisdictionis et Magisterii Primatum, quatenus Chaldaeorum Nestorianorum congestis monumentis et testimoniis, ad apostolicam et divinam Traditionem jugi atque necessario nexu referendis, *praescriptionis* insuper, uti aiunt, *Legis* habita ratione philosophica, fusius tractatur et demonstratur. Ille scilicet sacer Principatus, supremusque in Universam Christi Domini Ecclesiam Pontificatus, cujus providentiales Dotes, Vis, et Ratio, quamquam saepe sint alias, per cuncta saecula Salutis, declaratae exercitae atque agnitae, nuperrime tamen, nova luce e Vaticana Arce coruscante, a sacrosancta Oecumenica Synodo, Ipso Christi-Dei Vicario Praeside, optatibus votisque Catholici Orbis, nec non luctuosissimae tempestatis nostrae infirmitati, Spiritu Sancto Auctore,

providissime et opportunissime respondente, clarius, enucleatius, et *dogmatice*, incassum licet frementibus Inferi portis, sunt sancitae, et decretae. Et jam Ecclesia Catholica, quâ oritur, quâ occidit Sol, plaudente, B. Petri successor Supremus omnium Christi fidelium Episcopus, atque errore immunis Magister praedicatur!

Secundum ejusdem Nationis Chaldaeorum res Christianas, olim, quantumvis Schismatis detentae vinculis, adeo conspicuas et prosperas, hodie contra, etsi Unionis beneficii partim laetatae, misere nihilominus adhuc languescentes ignaviaque tabescentes, commiseratione prosequendas, curandas, meliorandas, implicite licet, attingit, et Religioso benignoque Lectori quasi porrigit et devovet.

Equidem jacent ferme hodieque Chaldaeorum filii, Abrahami parentes, sanctorum Magorum conterranei, jacent! Qui magno olim clari imperio, clariores etiam per quinque nominatim priora Religionis Christianae saecula, Fide, inclytis Majoribus, innumerorum Martyrum triumphis, plurimorum Praesulum et Monachorum zelo et sanctitate exstitere!

Interim hi sunt, qui, dum meliora fata a Dei Misericordia, ejusque in terris Vices Gerentis auspiciis, sibi spondent, propria Gentis Documenta, ex suorum nempe avorum et consanguineorum, esto schismaticorum, lucubrationibus, de sublimi Sedis Romanae Principatu, ejusdemque Dotibus testimonia, in uno volumine comprehensa et illustrata, in humile erga eandem sacram Cathedram obsequium, grati animi monumentum, publicum observantiae Devotionisque argumentum, intimi doloris prae exsecrandis, in quae Ipsa offendit, adjunctis et sacrilegis injuriis, significationem, *meis manibus exhibent.*

O me ergo fortunatum, cui, tempore tam infelici, tantus favor — ut scilicet: per me id perficeretur et offerretur — sorte invidenda obtigit!

Ceterum memoratum lucubratiunculae hujus duplex Argumentum quin generoso cuique viro jucundum esse

debeat, et magni faciendum minime dubito. Et re quidem vera quisque per se perspicit tantae quodammodo exsistere hocce Nostratum testimonium necessitudinis atque pretii, quanti ipsemet Primatus, et Ecclesiae Dei Regiminis forma; et tantae certe vis et momenti, quanti non unius, ut prima fronte apparet, Sectae, vel Nationis, quantumvis numerosissimae olim et extensissimae, fidemque omni exceptione majorem facientis, sententia et testimonium praebent, sed ipsamet Apostolica Traditio, et primae, antiquae, immutabilisque Veritatis vox.

Et sane si, per absurdam hypothesim, cetera omnia, hoc de capite, silerent documenta, et argumenta theologica, nonne istud vel *solum,* ea praesertim, quam illustravimus, *Praescriptionis* et *pacificae possessionis Lege* et *ratione* munitum satis superque esset ad *ingenuum quemlibet* persuadendum de legitimitate et divina origine Principatus Romanorum Pontificum in Ecclesiam Universam?

Et Te quoque igitur, Lector benevole et urbanissime, opusculum ipsum, quod munusculi instar, tibi sisto atque defero, gratum, pro tua comitate, et pretiosum esse habiturum, et una simul tum ejusdem defectibus, quos haud dissimulo, ignoturum, tum optatibus fructibus votisque consequendis, pro tua quisquis virili parte, operam benigne collaturum confido.

Proinde persuasum habeo, Te, utpote Divini Samaritani discipulum et imitatorem, visceribusque praeditum humanissimis, quam haeresis solitudo (l'isolement), atque Infidelium insuper vastationes, servitus, ferreum jugum, aliaque, in Babylonis *itineribus despoliaverunt, et plagis impositis semivivam reliquerunt* Gentem Nostram, Te, inquam, nullo modo fore, ut, *visa illa, praeteriens, jacentem deseras;* sed, sin minus *appropians* manibus propriis *vulnera alliges illius, oleum atque vinum, infundas*, — quod optatissimum esset — fel saltem et acetum, propter Deum! ab illis avertas, misericordiâque unctis affectibus et verbis, certe Majorum reveren-

tiae gratiâ, et pro benemeritis de Ecclesia vicem eidem qualemcumque reddens, moerorem permulceas, consolatione erigas, atque sustentes.

Quod si dignaberis facere, maximoque hujusmodi ofcio Rem Christianam prosequeris, favorem favori adjicies, et imperfectum debilemque laborem meum absolutione virtute ac praemio coronabis.

Itaque reliquum est, ut gratias tibi plurimas ex animo, in antecessum agam, omnemque tibi ominer felicitatem.

INDEX RERUM

ALPHABETICUS

A

Aatalla Patriarcha Chald. 136.
Aba I. (Mar-Aba) Patriarch. Chald. 124. Clericorum disciplinam reformat 174.
Abda (episc.) 165, 187.
Abdjesus v. Ebedjesus.
Abdon m. 180.
Abgarus Edessenorum Rex 147, 161, 166, 170, 177, 179.
Abulfeda (Scriptor Islamicus) 154, 155, 169, 170, 179, 181.
Abraham (Cascarensis) Patriarch. Chald. 167.
Abraham (Cascarensis) Monachatus Chald. Reformat. 174, 187.
Abres Patriar. Chald. 167.
Abrahami sermo quis 146.
Abu-Noh philos. nestor. 137.
Acacius Patriarcha orthod. Chald. 173.
Achaeus Patriarcha 152.
Achadabues Patriarcha 168.
Acri seu Ptolaemaide Chaldaeorum Eccles. 117, 155.
Adami Archimandritae scripta 64, 97, notitia 105.
Addaeus Mesopotamiae et Chaldaeor. Apostolus 147, 161, et seqq.
Adjabene 129, 133, 150, 168.
Africanus citatus 166.
Agapitus (Episc. Beth-Lapatheus) 6.
Akrensis Dioeces. 151, 180.
Alepi Chaldaeor. Eccles. 153.
Alkosh (pagus) 145.
Amadiensis Dioec. 133, 145. 151.
Amidae Synodus 125. — Archiepiscopi 98, 125, 155.
Amri Matthaei testim. de Primatu B. Petri ejusque profectione in Urbem, et martyrio 25, 28, ejus notitia 106. est distinguendus a Pseudo-Amro seu Sliva Maussulano 107, 131.

Anbara 124. Anbarae Coenob. 134.
Ananjesus seu Hananjesus Chald. Patriarch. 137.
Antiochia 142, 148, 168. — Ibi Chald. Eccl. 117, 154.
Aramaei iidem cum Syris Orientalibus seu Chaldaeis 147, 161.
Aramaica lingua eadem cum Syriaca 145, 146, v. Syriaca ling.
Arabia ad Chald. Eccl. pertinet 122, 138, 151, 152, 161.
Arabum seu Mohammedanorum de Primatu B. Petri testim. 2.
Arabici canones, vulgo Nicaeni 45, 49.
Arae Vicarii Patriarchae Orientis seu Chaldaeor. scripta et testim. de Primatu Romanorum Pontificum 61, 94 — ejus notitia 115, 154, 155.
Arbela 129, 133, 150 — Arbelitis v. Adjabene et Assyria.
Ardascirus (Artaxarses) 167, 185.
Archelai Cascarens. Episcop. disput. cum Manete 187.
Armeni olim ad Chald. Eccl. alicubi pertinebant 116, 121, 125, 157.
Ascetae apud Chald. 181.
Asghanitae 169.
Assemanus (J. S.) citatus 1, 39, 51, 107, 116, 117, 120, 125, 129, 132, 133, 136, 138, 152, 157, 161, 165, 180, 185.
— (J. Aloys.) 136.
— (St. Evod.) 184, 185, 186, 190.
Assyrii iidem ac Chaldaei 157 et seqq.
Avun 183, v. Eugenius.

B

Babylonia 149, 161, 187.
Babylonii iidem aliquando ac Persae 187, v. Chaldaei.
Babaeus primus Chald. Nestor. Patriar. 173.
Babuaeus Patriarcha orthodoxus 173.
Bactria seu Bachtria christiana 154, 175, 178.
Badem Archim. et M. 184, 190.
Bagdad 137, 149, 150.
Barbari qui 166.
Bardaa (urb.) 153.
Bardesanes seu Bardessanes et Bar-Daissan citatus 122, 177 — ejus notitia 170, 176.
Barhebraei (Greg. Abulphar.) de Rom. Pontif. testim. 55, de aliis catholicis dogmat. ibid. — ejus notitia 119 — citatus 128, 131, 141, 145, 147, 167, 176, 187, 181, 182.
Baronius (Card.) citatus 114, 131, 168, 173.
Barshebia Archim et M. 184.
Barsalibaeus citatus 176.
Barsumas Nestorianismi in

Oriente Coryphaeus 171 et seqq.
Basnagius cit. 168.
Bassora 150, 163.
Benattibi (Abulphar. Abdullah) testim. de B. Petri Principatu et inerrantia 15, 80 et seqq. — item de Romanor. Pontif. Primatu 48. — ejus notitia et opera 117, 138.
Beres Eremita 175, 184, 185.
Beth-Abae Coenobium 132, 189.
Beth-Garma 150, 164, 169, 171.
Beth-Lapata 149, 162, 189, 190.
Beth-Seleucia 151. Acta Martyrum Beth-Seleuciensium 164.
Bochtjesus Medic. Nestor. 137.
Bollandistae citati 172.
Borgiani Codd. mss. C. U. de Prop. Fide 118, 122, 129, 164, 169.
Britannici Musei Codd. mss. 164, 177.
Bud Periadeutes 188.
Buddas haeresiarcha 176.

C

Calilah et Demnah 189.
Canones Apostolici seu Constitutiones Ap. 23, 120. Clementi Romano adscribuntur ibid. et 123.
Canones Arabici vulgo Nicaeni 40, 44, 49 et seqq. 53, 58, 121.
Carmani 151, 188.
Cascara 161.
Casirius citatus 182.
Cataraei 151, 175.
Chaldaei dicti Orientales 37, 60, 61, 64, 82, 105, 115, 131, 154, 159 iidem cum Syris Aramaeis, et Assyriis 139 et seq. 146.
Chaldaeorum Apostoli 157 et seqq.
Chaldaeorum Primates qui et Archiepiscopos, Catholicos et demum Patriarchas audierunt 27, 132, 149.
Chaldaeorum in nestorianismum lapsus 171, et seqq.
Chaldaeorum cum Ecclesia Romana Reconciliationes 95, 117, 126, 131, 133, 141, 153.
Chaldaica lingua 142, et seqq.
Chalach (urbs) 151.
Chanbalu v. Pekinum.
Chataja 131, 155, v. Tartaria Orient. et Sina.
Chochensis Eccles. 149.
Cochin 153.
Chorasana 152.
Chosroe 165, 168 — Anuscirvanus 149.
Chosrava 151.
Chumdan 152.
Christiana Religio saec. II. ubique jam propagata 179.
Cicero 160.
Clemens Alex. cit. 176.
Constitutiones Ap. v. Cann. App.

Cosmas Indicopleustes 153, 175.
Cotroba 152.
Cotelerius cit. 29.
Cureton (W.) citatus 29, 165, 177.
Cyprianus (S.) 51.
Cypri Eccles. Chald. 153.
Cyrillus (S.) 172.

D

Dadjesu Synodi de Primatu B. Petri testimonium 4. illius notitia 121.
Dailamitae Chaldaei 138, 154, 188.
Damasci Metropolita Chald. 153.
Daniel Rheishainae 188.
Daniel B. Eugenii socius 190.
Decii persequutio 180.
Denha Patriarcha 155.

E

Ebedjesu Sobensis testim. de Primatu B. Petri 5, 19 — de Primatu RR. PP. 53 et seqq. de Supremo Magisterio Ecclesiae et Rom. Pont. 77, 92 et seqq. — ejus notitia et opera 122, 146 citatus 172, 176.
Ebedjesus seu Abdjesus Patr. orthod. Chald. 124, 136.
Ebedjesus Archimandrit. 175, 184.
Ebedjesus seu Abdjesus Episcopus 177.
Ebedmessias Hirthensis 124.
Ecclesiae nomine per antonomasiam interdum Romanam solam intelligunt Chald. 93.
Ecchellensis citatus 119, 121, 123.
Edessa 142, 143, 161.
Edessena Schola 170, et seqq.
Elamitae 149, 150, 161, 162, 189.
Eliae Anbarae Episcopi testim. de B. Petri Primatu 9, et seqq. de ejusdem et Rom. Pont. Inerrantia 80 — ejusdem notitia 124.
Eliae Damasci Metrop. testim. de B. Petri Principatu 5, 17, de Prim. RR. PP. 43 et seqq. — ejus notitia et opera 125 — citatus 160.
Eliae Patriarchae Babylonis testim. de Primatu RR. PP. 64, 95, et seqq. — ejus notitia et mentio 125, 151, 155.
Elias Denha Nestor. Patriarcha scribit ad Benedict. XIV. Pont. Max. 67 et seqq. citatus 100 — ejus notitia 126.
Emmanuel Patriarch. Nestor. 129.
Ephesina Synodus 172.
Ephraem seu Epraem et Apraem (S.) ad Chaldaeorum gentem et Ecclesiam pertinet 1, 127, 128 — ejus testim. de Principatu B. Petri 1 — citatus 145, 146, 176, 186, 188.
Epitome Cann. Synodicorum Chald. v. Ebed. Sobens.

Epiphanius citatus 166, 170, 176.
Eugenius (B.) Monachatus apud Chaldaeos Pater 124, 174, 175, 183, 190 — ejusdem Socii 190.
Eusebius Caesar. citatus 165, 176, 177, 184, 186.
Eutychius Alexand. citatus 107, 115.
Evangelarium Nestorian. 17.
Evangelica oracula pro Inerrantia Rom. Pont. explicantur 74, et seqq.
Ezechiel Nestor. Patr. 173.

F

Fabricius citatus 182.
Febronia (S. M.) 185.

G

Gabrielis Archiepisc. Hesnae testim. de Prim. R. P. 98, 125, 128.
Gabriel Medicus Nestor. 137.
Gabriel Hormuzi 187.
Gabriel Sirzorensis 165.
Galeni (Claudii Pergameni) pro Relig. Christ. testim. 181, 182.
Galerii Maxim. Persequutio 184.
Gandisapor (urbs) 149, 162, 189.
Gazza (Offic. Festivum Chald.) 3, 23, 135.
Georgii Arbelen. de Primatu B. Petri testim. 18 — Notitia 129.
Gelasius Cyzicenus citatus 174.
Gennadius citatus 180.
Gezira 151.
Ghelanitae Chaldaei 138, 154, 188.

H

Hahn (August) citatus 176.
Hananus Scholae Nisibenae Magister 173.
Halavana 151.
Hamadan (urbs) 151, 155.
Harmonius Bardessanis filius 176.
Harun-al-Rascid Arab. Chalipha 137.
Hazza v. Arbela.
Hebraeorum nomen 146.
Helena Adjabenorum regina 168.
Herath 153.
Hierosolymis Chaldaei 43, 117, 125, 183 et seqq.
Hieronymus (S.) citatus 177.
Hnanjesus Nestor. Patr. 152.
Honorii I. Papae vindiciae 108 et seqq.
Homeritae Nestoriani 138, 152.
Hormisdae Coenob. prope Maussul 122, 132.
Hormisdae Ecclesia Mardini 189.
Huzia et Huzitae Chaldaei 122, 149, 161 et seqq. 171, 189, 185.

Hudra (Offic. magnum Chald.) 2, 33, 132, 134, 159, 163.
Hyrcania 153, 154.

I

Ibas Edessenus 171.
Ibn-ul-Wardi hist. arab. 181.
Ibn-ul-Talmid Nestor. script. 191.
Iconomachi hodierni 160.
Ignatius (S.) Antiochenus maximi penes Nestorianos habitus 28 — ejus de Rom. Ecclesiae Primatu insigne testimon. 29, et seqq. — de B. Petri Romano episcopatu 39 et seqq. — Martyrii Actorum et Epistolae ad Romanos notitia 129 et seqq.
Imaginum SS. cultus 160.
India (in) Nestoriani 138, 144, 151, 152, 174.
Irak 153. v. Babylonia.
Irenaei (S.) testim. de Ecclesiae Romanae Primatu 30, 31, 43.
Isaaccus Chald. Primas 48.
Isaaccus (S.) Niniv. Episc. 173.
Izlense Coenob. 187.

J

Jabalahae III. Nestor. Patriar. testimonium de Rom. Pontif. Primatu 60, 131.
Jacobus (S.) Nisibis Episc. 180, 184, 192 — ejus Eccles. 149, 155.
Jacobus (M.) intercisus 190.
Jacobus Chald. Primas 168.
Jaziditae Manichaeor. transformatio 122.
Jesujabi Adjabeni Chald. Patriar. testim. de B. Petri Primatu 18 - notitia et mentio 122, 135, 138, 174.
Jesujabus Gadalensis Patriarcha 174.
Jesujabus Nisibis Metropol. testim. 24 — notitia et mentio 132, 136, 160.
Jesujabus Eliae Patriarchae nepos et successor 67, 100, 126.
Jesudadus Hadithae Episcop. Nest. 28, 76, 131, 147, 160.
Joannes Hormuz Chald. Patr. orthod. 126, 155.
Joannes Saba Daliathae 173.
Jonae B. Eugen. socii Coenob. Anbarae 124, 174, 184.
Joseph I. Chald. Patriarcha 125.
Joseph II. Chald. Patriarcha 135.
Julianus Saba 184.

K

Kepa seu Cepha aeque significat Petram ac Petrum 74.
Kebuthae seu Arcae Coenobium 121.
Kocianos (pagus) 136, 175.
Kerkuk 151.
Kardagus (M.) 175, 184, 185.
Kurdistania 175.
Kascianitae v. Bachtri.

L

Leo Magnus 13, 108, 111.
Lapatha v. Beth-Lapatha.
Lirinensis (V.) citatus IV.
Liturgia Chaldaeorum VII., 163.

M

Maaltha (urbs) 133, 150.
Madaina Patriarchae Chald. sedes 39. v. Seleucia.
Magi (SS.) Chaldaeorum Apostoli 37, 157 et seqq.
Mahuza 149.
Malabar 152, 175 — ibid. Syrorum Jacobitarum origo 175.
Maisan v. Bassora.
Manes 176, 186, et seqq.
Manichaei 191.
Maranzcha Niniv. Episcop. 8, 36.
Maragha 131.
Mares (S.) Orientalium Apostolus 142, 149, 161 et seqq.
Mares Salomonis 25, 28, 133.
Marga 150.
Margensis (Thom.) 165, 179.
Mar-Aba v. Aba.
Marcellus Cascarensis 187.
Maremmes Patriarcha 132.
Martin (l'Abbé) in opere «La Chaldée» emendatus 132, 173.
Marcionitae 18.
Marutha Maipharkensis 84, 116.
Maphrianus Orientis quid 119.
Majus (Card.) citatus 120.
Masius citatus 133.
Massudius historiog. Arabs 133 — ejus testim. de B. Petri Romam adventu 26, 27 — de Romani Pontificis Primatu 56.
Maussulae seu Mossuli Metropol. 129, 132, 150, 155, 161.
Maussulani Coetus Epist. et testim. de Rom. Pontificis Primatu 62, 95, 132.
Maussulani Codd. mss. 122.
Mazanderana (urbs) 154.
Medi Christiani 161, 179.
Medici celebres Nestoriani 190, 191.
Melito Episc. Sard. 165.
Melitene 153.
Meliapora 152.
Merdin 189.
Mesopotamia 138, 142, 143, 147, 161.
Migne citatus 29.
Miles Episc. et M. 142, 185, 190, 192.
Mohammedanorum de Principatu B. Petri testim. 2.
Moguli 132.
Monumentum lapid. Syro-Sinicum 175.
Monasterium superius ad Mossul 191.
Moisem inter et Petrum Apostolorum Princip. antithesis 8.
Monachatus origo apud Chaldaeos 183.

N

Nagranitae Arabes Nestoriani 138.
Naironus emendatus 123.
Nankin v. Chumdan.
Narsetis seu Narsaei testim. de B. Petri Primatu 6, 7, 8, — de ejusdem in Urbem adventu, et martyrio 23, 41 — de Ecclesiae Romanae Principatu 31, 32, 89 et seqq. — citatur 133, 145, 157, 158, 173.
Nestorianorum Chaldaeorum cum Ecclesia Romana Reconciliationes 95, 96, 117, 125, 126, 131.
Nestorianismi apud Chaldaeos origo et progressus 171 et seqq.
Nisibenae civitatis notitia 116 — Episcopi 116, 117, 122, 143, 149. — Ecclesia S. Jacobo Magno nuncupata 116, 149. — Schola 134, 145, 173.
Nuhadra (prov.) 133.

O

Occidentalium ad Orientales Epistola 39.
Officii Sanctorum testimonia 3, 23, 34, v. Gazza.
Officium Divin. Chald. alias Dominicale 2, v. Hudra.
Orhoea seu Osrhoêna v. Edessa.
Orientales iidem cum Chaldaeis 39, 131 — v. Chaldaei.
Orientis Imperatores agnoscunt Rom. Pontificis Primatum et supremum Magisterium 108, 111, 112, 115.

P

Pagius citatus 180.
Papa Chaldaeor. Seleuc. Primas 150, 180, 188 et seq.
Parthi Christiani Chaldaei 161, 177.
Parthicum Imperium 149, 157.
Patriarchae Chaldaeorum seu Orientalium 20, 27, 37, 60, 61, 98 — iidem dicti Babylonis 64, 148, 149, 175.
Patriarchae Orientales confirmationem a Rom. Pontifice petunt 38, 47, 63, 124.
Paulus Venetus citatus 156.
Paullus V. Pont. Max. 172.
Pekinum 152, 155.
Persae Christiani Chald. 177, 179.
Persidis Metropolita Chald. 152, 153.
Persicae persequutiones 167, 168, 184, 186, 188, 192.
Persicum imperium 149.
Pethionis (M.) Ecclesia 191.
Petra seu Kepa et Petrus idem sunt Syro-Chaldaice 74.
Petrus (Simon Kepa) Princeps, caput, lingua Apostolorum 2, 4, et seqq. 79, 100 — fundamentum Ecclesiae, Ecclesiarum Constru-

ctor, Ecclesiae plantator, caeli et terrae claviger 4, 10, et seqq. 100. — Petra vera 14, 78 — Christi in terra Vicarius, vices gerens, Christi Personae succedit; ejus repraesentationem, imaginem, simulacrum praesefert, triplicem potestatem accepit, est Christum inter et nos mediator 12, 14 — erat in aevum duraturus (in suo nempe principatu) 13 — ejus potestatem non erat Christus aboliturus 12 — Primus exstitit Patriarcha 13 — Christi Domus, aerarii et thesauri praefectus 6 — Paterfamilias 65 — Romanam Sedem gubernavit, et ibidem martyrio affectus 22, et seq. 32, 33, 43 — Babylonem visitavit atque statim Romam regressus 25, 26.

Photius citatus 177.

Pherozes rex 172.

Polychronius (M.) Babylon. Primas 180.

Pontificale Chaldaeorum 18, 39, 135.

Prath-Maisan v. Bassora.

Praescriptionis lex IV, V.

Protestantes in Oriente 144, 151 — Confutati IV, VII, 74, 119, 120, 160.

Pscitta v. Syriaca versio.

Pseudo-Amrus v. Amrus.

Ptolomaeus citatus 179.

—

R

Raja (urbs) 153.

Ramanitae Chaldaei 152.

Raynaldus citatus 115, 117, 131, 133, 154.

Razichitae v. Ramanitae.

Renaudot citatus 123.

Ritus Chaldaici VII.

Ritualia Chaldaeorum 135.

Romae praestantia et Primatus 2, 3, 34 et seqq. — laudes et praerogativae 42, et seqq.

Romanus Pontifex solus B. Petri Successor, Ecclesiae Universae omniumque Patriarcharum Caput 21 et seqq. — ejus Magisterium supremum et errore immune 72 et seqq. est Custos Sacrae Antiquitatis, maxime Orientalium VI.

S

Sabarjesus I. Patriarcha 142, 187.

Sabarjesus V. Patriarcha 115.

Sahdona 173.

Salomonis Bassorensis de Beato Petro testimon. 24, 131 mentio 146.

Sapor I. 189.

Saraceni Christiani 183.

Sasanitae seu Saxanitae 169.

Sciam V. Syria.

Sciahlupa Chald. Primas 169, 180.

Schythianus 176.

Seertensis Archiepiscopatus 125. — Bibliotheca Coenob. S. Jacobi 122.
Seleucia et Ctesiphon 148, 149, 163.
Seleuciensis Primas Chaldaeorum.
Sena 151.
Sennan (M.) 180.
Sila Patriar. 152.
Sigara (urbs) 122.
Simeon Barsabbaë Seleuc. Primas (M.) 27, 192.
Simeonis nomine Nestorian. Patriarchae 66, 67, 100, 136, 175.
Simeon Beth-arsamensis 142, 171.
Sina (in) Chaldaei 116, 138, 152. 155, 174.
Sozomenus citatus 150, 168, 173, 188.
Slibazcha Patriarcha 152.
Sliva Maussulanus v. Pseudo-Amrus.
Soba v. Nisibis.
Sobensis v. Ebedjesus Sobens.
Socotra 152.
Socrates histor. citatus 173.
Solitariae vitae cultores 184.
Speculum tersum (opus Josephi II. Chald. Patr.) 97, 123.
Spondanus citatus 131.
Strabo citatus 179.
Strozza (P.) citatus 64, 106, 124, 125, 129, 155.
Struzius (Frid.) citatus 176.
Sulaka (Joannes) Chaldaeor. Patriar. orthod. 62, 124, 132, 136.
Suleimania 151.
Susa, Susiana 179, 185, 189.
Symmachus Romanus Pontifex 109.
Synodicum magnum mss. Nestorianorum 122.
Syriae nomen unde 147.
Syrorum denominatio omnibus lingua syriaca utentibus communis 1 — Syri Orientales, seu Chaldaei et Assyrii, Syri simpliciter dicti 128, 161, 176.
Syriaca lingua eadem cum Aramaica, Chaldaica, Syro-Chaldaica 1, 145, et seqq. v. Chald. lingua.
Syriaca Versio Sacri Foederis 147.
Syriae Metropol. Nestor. 153.

T

Tabarestana 153, 159.
Tabriz seu Tauriz 153.
Tachuristan 154.
Tartaria (in) Chaldaei 154, 156, 174, v. Sina.
Tatianus 176.
Tella 150.
Tertullianus citatus IV, 3.
Thaddaeus v. Addaeus.
Theodori Mopsuesteni Comment. in Joannem 76 — Auctoritas penes Nestorianos 145.
Theodori Rom. Pont. Epist. inedita de haeresi Monothelit. 112, et seqq.

Theodoritus citatus 168, 176, 184, 186.
Theodorus Lector citatus 170.
Thomas (Apost.) 144, 157, 161 et seqq.
Thomae (S.) Coenob. in India 174, 175, 184.
Timothei I. Patriarchae Nestor. de B. Petri et Romani Pontificis Primatu 8, 9, 36, et seqq. de Rom. Pontif. Supremo Magisterio 84, et seqq. — ejusdem notitia, Epistolae et Acta inedita 122, 137, 138 — mentio 153, 159, 188.
Timotheus Jerusalem et Amidae Archiepisc. v. Adam Archimandrita.
Timotheus II. Patriarcha 53.
Tillemont citatus 179.
Tonsurae Conferendae Ritus 18 — inde pro B. Petri Primat. testim. 18, 28.
Trajani Persequutio 170.
Tripoli Chaldaei 117.
Turci Nestoriani 137, 154, 156.
Turchestania v. Turci.

U

Urmia 151.
Usserius citatus 29.
Uxiana v. Huzia.

V

Van (urbs) 153.
Valerianus Rom. Imper. captivus Persarum 189.

Z

Zoroaster 160.



pagina	*linea*	ERRATA	CORRIGE
x	7	moncum	mancum
1	19	lingua	linguam
5	22	ܠܒܫܝܡܐ	ܠܒܫܝܡܐ
42	24	Betrus	Petrus
49	20	Generalem et Ephesinam	Ephesinam Generalem
152	36	Urbs	Urbes
159	34	Anno	Annuo
163	29	huic ejusdem	ejusdem
166	25	barbarum	barbarorum
172	29	4614	1614
173	21	Vet.	Vat.
175	3	Baetrorum	Bactorum
176	38	Epist.	Epit.
"	28	Bardsta-	Bardesa-
179	39	Margenius	Margenus
"	26	Chosasanae	Chorasanae
"	39	Margenius	Margenus
180	31	existimatur	exsistimetur
189	10	inter quos	inter quos captivos
190	33	philosophus	philosophus,
191	1	de gentibus	degentibus
192	15	Epistola	(dele)
"	20	Barsabbae	Barsabbaë
"	28	neminis	nominis
"	29	Borsumae	Barsumae
283	24	Avum	Avun

IMPRIMATUR

Fr. Raph. Arch. Salini O. P. S. P. Apost. Mag. Soc.

IMPRIMATUR

Josephus Angelini Archiep. Corinth. Vicesg.

les, seu Chaldaei,
ntificum primatus.
12349

PONTIFICAL INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO—5, CANADA

12349.